Dominꝰ possedit me ab initio viarũ ꝛc. In festo cõceptionis beate virginis marie p epistola presens lectio ꝑm seculares legit. que lectio principaliter exponitur de etna sapientia que christus est filius marie virginis. bonoꝝ autem filij est bonoꝝ matris et econuerso. bonoꝝ matris ẽ bonoꝝ filij. Uñ Berñ. omel. iuj. super missus est dicit. Nõ est dubiũ quicqd in laudibus matris pferimus ad filiũ ptinere. Et rursum cũ filiuꝫ bonoramus a laudibus matris non recedimus. Unde dicit eterna sapiẽtia. Dñs possedit me ab initio viarũ suarũ Lyra. i. operũ suorũ anteqꝫ quicqꝫ faceret a principio .id est. ante omnẽ creationẽ ab eterno ordinata sum. Nec dũ erãt abissi ꝛ ego iam cõcepta eram. nec dũ fontes aquaruꝫ eruperãt scz de locis subterraneis nec dũ montes graui mole cõstiterant .id est. sup terram planã eleuati Ante omnes colles ego pturiebar .i. procedebã a fecunditate paterna. adhuc terrã non fecerat et flumina .id est. creaturã visibilẽ et cardines orbis terre .i. ptes mundi pncipales que sũt oriens et occidens austrũ et aquilo. Uñ pparabat celos aderã . indiuisa enim sũt opa trinitatis. Et ideo filius qui est sapientia genita. semp opatur cũ patre. vt ptz Johãnis. v. Pater meus vsqꝫ modo opatur et ego operor quãdo certa lege et giro vallabat abissos .id est. cõcauitates vbi congregate sunt aque vt appareret arida habitationi boim ꝛ animaliũ terrestriũ apta Uñ ethera firmabat sursuꝫ .i. sperã ignis que naturaliter sursum fert. Illa enim ps elementoꝝ que cõtigua est spere lune ether vocat. et librabat fontes aquaꝝ cõstituens eos in põdere in numero ꝛ mẽsura uñ circundabat mari terminũ suũ ne effluerꝫ ꝛ operiret aridã uñ appendebat fundamẽta terre .i. ptes inferiores terre circa centrũ. que sunt quedã fundamẽta superioꝝ ptium cũ eo eram cũcta cõponẽs .i. ea indiuisa sunt opa trinitatis et delectabar p singulos dies .i. eternaliter gaudebã cũ patre ꝛ spũsancto ludẽs coram eo oi tpe. et ludẽs in orbem terraꝫ .i. ludũ faciẽs de orbe terrarũ qui similis est ludo pile que de vno transfert ad aliũ ꝑm quandã reuolutionẽ. qr regna terre transfert atqꝫ ꝓstituit de gente in gẽtem. et delicie mee esse cũ filijs boim .s. p grãꝫ. nũc ergo filij .s. p adoptionẽ audite me scz p debitã attentionẽ beati q̃ custodiunt vias meas .i. viã mandatoꝝ ꝛ viã ꝓfectorũ audite disciplinaꝫ de moribꝰ humanis. et estote sapiẽtes in diuinis et nolite abijcere eã. Beatꝰ homo q̃ audit me scz mihi obediẽdo et qui vigilat ad fores meas q̃tidie scz in loco diuini cultus deuote orando. et obseruat ad postes hostij mei. Qui me inuenerit p grãm inueniet vitã .s. eternam et hauriet salutẽ a domino q̃ ẽ fons salutis

In festo sancti Thome apli.

Nam non estis hospites ꝛc. Quere infra in communi sanctoꝝ

¶ In festo sancti stephani protho martyris. Actuū. vij.

In diebus illis. Stephan⁹ plen⁹ grā et fortitudine faciebat ꝓdigia et signa magna in populo. Surrexerūt aūt quidā de synagoga que appellabat̄ libertinoꝝ et cirenēsiū et alexandrinoꝝ. et eorū qui erāt a cilicia et asia disputātes cū stephano. Et nō poterāt resistere sapiētie et spūi qui loquebatur Dura ceruice et incircūcisi cordibus et aurib⁹ vos semper spūisācto restitistis ꝛc. cui⁹ nūc ꝓditores et homicide fuistis. Audiētes autē hec. dissecabātur cordibus suis et stridebāt dentib⁹ ī eū. Cū aūt esset stephan⁹ plen⁹ spūscō. intendēs ī celū vidit gl̄iaz dei et iesum stantē a dextris virtutis dei. Et ait. Ecce video celos apertos et filiū hoīs stātem a dextris virtutis dei. Exclamātes aūt voce magna continuerūt aures suas et impetū fecerunt vnanimiter ī eū. Et eijciētes euz extra ciuitatē lapidabāt. Et testes deposuerūt vestimēta sua sec⁹ pedes adolescētis qui vocabatur saulus Et lapidabāt stephanū inuocātez et dicentē. Domīe iesu suscipe spiritū meū. Positis autem genubus clamauit voce magna dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatū. Et cum hoc dixisset obdormiuit in domino

In diebus illis. Stephan⁹ plen⁹ ꝛc. Ante initiū illi⁹ epl̄e scribit sanctus Lucas ꝙ p⁹ ascensionē christi v̄bū dn̄i crescebat et multiplicabat̄ numerus discipl̄oꝝ ī hierl̄z vald̄. mlt̄a et turba sacerdotum obediebat fidei. Tūc stati sequit̄ epl̄a pn̄s. Stephanus aūt plen⁹ gratia. Ly. ad bene operādū. et fortitudine. aduersa tolleranda. faciebat ꝓdigia et signa mag̃ī populo. ad veritatē fidei catholice confirmandā. surrexerūt quidaz de synagoga q̄ appellabat̄ libertinoꝝ. a regione sic nominatoꝝ vt dicit glo. interl̄. ꝛ cirenensiū. a cirene ciuitate. ꝛ alexādrinoꝝ. i. ab alexādrina metropoli egipti. et eoꝝ qui erant a cilicia et asia. nomīa sunt regionū iudee propinquarū. disputantes cū stephano. fidē catholicā verbis quātū poterāt impugnādo. et non poterāt resistere sapiētie et spiritui qui loquebat̄. scz ſm q̄d ꝓmiserat saluator dicēs Luce. xxi. Ego dabo vobis os et sapientiā cui nō poterunt resistere ꝛ contradicere omēs aduersarij vestri Tūc post hoc redarguebat eos acriter dicens. Dura ceruice. id est. obstinata mēte. ꝛ incircūcisi cordib⁹ ꝛ auribus. id est. a vicijs et sordibus. vos semꝑ spūisancto restitistis. q̄ locutus est ꝑ ꝓphetas de christo. cui⁹ nūc proditores et homicide fuistis. Ly. ei⁹ crucifixionē ꝓcurando. audiētes autem hec dissecabātur cordib⁹ suis. Ly. quia nō habebant rōnem interficiēdi eū. Et tamē omnibus modis interficere volebāt. Et sic dissecabātur interius. qꝛ passio p̄ualēs discrepabat a ratōe. Et stridebāt dentib⁹ in eū. sicut canes rabidi. Cū autē essz stephanus plen⁹ spūsancto intendēs in celum. vbi fiduciā suā collocauerat. vidit gl̄iam dei. ad ꝯfortationē suā ex spēali grā. et iesū stātem a dextris v̄tutis dei. Ly. ad designādū ꝙ erat ꝑatus ad ei⁹ roborationez. q̄a stare ꝓpriū est adiuuātis in p̄lio. Sedere aūt ꝓprium est iudicātis vel regnantis. Et ait. Ecce video celos aꝑtos ꝛ filiū hoīs stantē a dextris v̄tutis dei. Ly. Nō est hic ītelligēdum ꝙ celi fuerūt diuisi cū sint incorruptibiles. sz q̄a sic clare vidit ac si nullū esset obstaculū intermediū. exclamātes autez voce magna. ne audirēt stephani v̄ba. Cōtinuerunt aures suas ꝛ impetū fecerūt vnanimiter in eū. nō ratione sed furia moti. ꝛ eijcientes eū extra ciuitatem lapidabant. tanq̄z blasphemū. Modus enim erat blasphemos extra ciuitatem lapidari. Unde dixit dominus ad Moysen Leuitici. xxiiij.

Eout blasphemū ꝛ obruet eum oīs pꝑ lus lapidibus| Et deposuerunt vestimēta sua secus pedes adolescentis qui vocabat saulus |Ly.vt expeditius ꝛ celeri⁹ eum interfi cerent|et lapidabāt stephanū inuocantez ꝛ dicentē. Dñe ihesu suscipe spiritum meuz. Positis autē genubus |Ly.vt in orando modus essz deuot⁹|clamauit voce mag̃| quia pcedebat ex affectu magno ad proxi/ mozū salutē dicens|dñe ne statuas illis hꝫ peccatū |Ly.reseruādo eis penā eternam. sed da eis penitētiā Unde Beda. Stephanus pseipso stando orauit. sed pinimicis flexis genub⁹ ꝛc.| Et cū hoc dixisset |ex fer/ uore charitatis ꝑm dictū saluatoris Mat thei.v. Orate pcalūniantib⁹ ꝛ psequētibus vos|obdormiuit in dño |.i. Nā aīa ei⁹ san/ ctissima absorpta fuit in abyssō supne cla/ ritatis ꝛc. Sequit̄ in textu |Saulus autez erat cōsentiens neci eius. facta est autē illa die psecutio magna in eccīa que erat hiero solimis ꝛ omnes dispersi sunt p regiones iudee ꝛ samarie ꝑter apl̄os. Curauerūt au tem stephanū |Ly.i. decēter sepelierūt.|vi ri timorati |.i. timētes deū. Inter qs gama liel fuit p̄ncipalis|ꝛ fecerūt planctum ma/ gnum sup eum |

In festo sancti iohānis apostoli et euangeliste

Ui timet deū faciet bona ꝛc

Quere etiam in communi sanctoz de euāgelistis

In festo pueroz innocentū scri/ bitur. Apoc. xiiij.

Ndieb⁹ illis. Vidi su/ pra montē syon agnū stātez. et cuz eo centū quadraginta quattuor mi lia habētes nomē ei⁹ et nomē pa/ tris ei⁹ scriptū in frōtib⁹ suis. Et audiui vocez de celo tāquā vocem aquaz multaz et tanquā vocez to nitrui magni. Et vocē quaz audiui sicut citharedoz citharizātium i ci tharis suis. Et cantabāt quasi can/ ticum nouū ante sedē et ante quat tuor aīalia et seniores. Et nemo po terat dicere canticū nisi illa centū quadraginta quattuor milia qui em/ pti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulierib⁹ nō sunt coinquinati. vir gines enī sunt. Hi sequūtur agnū quocūqz ierit. Hi empti sūt ex hoi bus. primitie deo et agno. Et i oze eorum non est inuentuz mendaci/ um. Sine macula sūt ante thronū dei.

Ndieb⁹ illis. Vidi su/ pra montē ꝛc. Ly.i. in ecclesia triūphante q̄ dicit̄ mons syon. vt habet̄ Heb. xij. |agnuz stantē |.i. christū q̄ est agn⁹ dei. vt babetur Job. j. c. |ꝛ cū eo centū quadraginta q̄ttuor milia |in tali numero venerāt pueri inno/ cētes. quoz festū pagit̄ ꝑm illā visionē que oñsa est Iohāni q̄n a domiciano cesare i exiliū missus fuit vbi scripsit liby Apoc. ꝫ tñ cer/ tus numer⁹ pueroz innocentū nō repit̄ cer titudinalit̄ in scripturis |bñtes nomē eius ꝛ nomē patris ei⁹ scriptū in frōtibus suis. Et audiui vocē de celo tanq̄z vocē aquaz multaz |.i. multitudis scrōz|et tāq̄z vocez tonitrui magni |in q̄ designat magnitudo laudis hui⁹. Nō solū ex laudātū multitu dine. sed etiā ex modo laudis ꝛ q̄litate. |Et vocē quā audiui sic citharedoz citharizātu um in citharis suis |Nā hꝫ laus est coram deo ꝛ angel⁹ ei⁹ gtiosa|et cantabāt q̄si cāti/ cum nouū |q̄ dicti laudātes sūt ō numero sanctoz̄ noui testamēti|añ sedē |.s. dei|et añ q̄ttuor aīalia ꝛ seniores |.i. in pñtia sctō/ rum patriarchaz ꝛ ppbetaz̄ celo existenti um|ꝛ nemo poterat dicere canticū nouū nisi illa centū quadraginta q̄ttuor milia q̄ empti sunt de terra |.s. sanguīe christi.| Hi sūt q̄ cū mulierib⁹ nō sunt coinq̄nati. virgi nes ei sunt |integritatē carnis seruādo.| Hi sequūt̄ agnū q̄cūqz ierit. Hi empti sunt ex hominib⁹ p̄mitie deo |.id est. gratiosi sunt sicut p̄mi fructus magis delectabiles.| et i oze eoz̄ nō est inuentum mendacium |

Nā pueri isti veritatē fidei nō loquēdo. sz moriēdo cōfessi sunt | sine macula sunt añ thronū dei | naz macula peccati originalis purgata fuit v̄tute sui martyrij.

¶ In cōuersione sancti pauli apl̄i. Actuum. ix.

Saul⁹ aūt adhuc spirans minarū et cedis in discipulos domini accessit ad principē sacerdotū et petijt ab eo epl̄as ī damascū ad synagogas vt si quos inueniret hui⁹ vie viros ac mulieres vinctos perduceret in hierl̄m. Et cū iter faceret. contigit vt appropinquaret damasco. et subito circūfulsit eū lux de celo. et cadens ī terrā audiuit vocē dicētem sibi. saule saule quid me persequeris. Qui dixit. Quis es domīe. Et ille. Ego sum iesus quem tu persequeris. Durū est tibi cōtra stimuluz calcitrare. et tremēs ac stupēs dixit. Domine quid me vis facere. Et domin⁹ ad eū. Surge et ingredere ciuitatez et ibi dicetur tibi q̄d te oporteat facere. Viri aūt illi qui comitabātur cū eo stabāt stupefacti. audiētes quidē vocem neminē aūt vidētes. Surrexit aūt saul⁹ de terra apertisqz ocul̄ nihil videbat. Ad man⁹ autem illū trahētes ītro duxerūt damascū. Et erat ibi trib⁹ diebus nō vidēs. et nō māducauit neqz bibit. Erat aūt quidā discipulus damasci noīe ananias. et dixit ad illū ī visu domin⁹ anania At ille ait. Ecce ego domine Et dominus ad eū. Surge et vade ī vicū qui vocatur rect⁹ et quere in domo iude saulum noīe tharsensem. Ecce enī orat. Et vidit viꝝ ananiā noīe ītro eūtem et imponētem sibi man⁹ vt visum recipiat. Respōdit aūt ananias. Domine audiui a multis de viro hoc quāta mala fecerit sanctis tuis in hierusalem. Et hic habet potestatez a principibus sacerdotum alligādi omnes qui īuocāt nomen tuum. Dixit autē ad eū dominus. vade. quoniam vas electionis est mihi iste vt portet nomen meum coram gentibus et regibus et filijs israel Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro noīe meo pati. et abijt ananias. et introiuit in domum et imponēs ei manus dixit Saule frater. domin⁹ misit me iesus qui apparuit tibi ī via qua veniebas vt videas et implearis spiritusancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squame et visum recepit. Et surgēs baptizatus est. Et cum accepissz cibum confortatus est. Fuit autē cū discipulis qui erāt damasci per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas predicabat iesū quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant et dicebant. Nonne hic est qui expugnabat in hierusalem eos qui inuocabant nomē istud. et huc ad hoc venit vt vinctos illos ducerz ad principes sacerdotum. Saulus autem multomagis conualescebat et confundebat iudeos qui habitabant damasci affirmans quoniaz hic est christus.

Saulus autez adhuc spirans minarū et ce. ꝛc. Ante initiuz illi⁹ epistole scribit sanctus Lucas. q̄ discipuli qui erant dispersi post lapidationē sancti stephani pertransibant euāgelizantes verbū dei Philippus autē descendens in ciuitatē samarie predicabat illis christum. Intendebāt autez turbe his que a Philippo dicebātur vnanimiter audiētes ⁊ vidētes signa q̄ faciebat. mlti enī eoꝝ qui habebāt spūs īmūdos. id est

diabolos.clamantes voce magna exibant multi aũt paliti⁹ ⁊ claudi curati sunt. Factũ est ergo magnũ gaudiũ in illa ciuitate Tunc postmodu⁹ seq̃t epistola hodierna. ¶ Saul⁹ ãt adhuc spirãs ¶ Ly.i.ex vehemẽti spũ ignẽ psecutiõis in se accendẽs. Et in alijs⁹ ecc̃iam ¶ mina⁹ ¶ i vbis iniurijs ¶ ⁊ cedis ¶ .i. verib⁹ ⁊ flagellis. ¶ in discipulos dñi ¶ .i. ⁹ credẽtes in chr̃m q̃ tũc dicebant discipuli.qa nondũ noiabantur chr̃stiani ¶ accessit ad pncipẽ sacerdotũ ¶ Ly.non vocatus.sed se ingerẽs volũtate nocẽdi inflãmatus ¶ ⁊ petijt ab eo epl'as ¶ vt ex e⁹ autoritate magis posset nocere fidelib⁹ ¶ i damascum ad synagogas ¶ Ly.vt sibi psequeret credẽtes sicut fecerat i hierlim. ¶ vt si q̃s inueniret hui⁹ vie viros ac mulieres vinctos p duceret in hierlim. Et cũ iter faceret cõtigit vt appropinq̃ret damasco.⁊ subito circumfulsit eũ lux d̃ celo ¶ Ly.sicut solet fieri i chorruscatione ⁊ fulgure ¶ ⁊ cadẽs in terrã ¶ prestupore ⁊ admiratiõe ¶ audiuit vocẽ ¶ .s. auditu corpis ⁊ mẽtis ¶ dicentez sibi.saule saule ¶ hec duplicatio fit ad magis mouendaz eius attentionẽ ¶ q̃d me psequeris ¶ .s. i mẽbris meis.q̃ psequebat saul⁹ ⁊ nõ chr̃stũ i ppria psona.qa tã sedebat ad patris dextrã gloriosi⁹ ¶ q̃ dixit.q̃s es dñe ⁊c. durũ est tibi ⁹ stimulũ calcitrare ¶ .i. potẽtiori te incõpabiliter resistere ¶ ⁊ tremẽs ac stupẽs ¶ Ly.de cognita chr̃sti potestate.quẽ añ non credebat in celo regnare.sz magis vt falsuz pphetam cũ damnatis esse ¶ dixit.dñe q̃d me vis facere ¶ .q.d.ex nũc facere patus sum tibi in oĩb⁹ obedire ¶ ⁊ dñs ad eũ.surge ⁊ ingredere ciuitatẽ ⁊ dicet tibi q̃d te oporteat facere ¶ . in hoc oñdit chr̃st⁹ q̃ vult q̃ vn⁹ bõ informetuz ab alio ¶ viri aũt illi q̃ comitabantuz cũ eo stabãt stupefacti.audiẽtes q̃dem vocem ¶ .s. pauli.nõ autẽ chr̃sti.qa audiebant paulũ dicentẽ q̃s es dñe q̃d me vis facere. ¶ neminẽ autẽ videntes ¶ .q. non videbant aliquã psonã ad quã dirigeret sermonem ideo stabãt stupefacti. ¶ surrexit autẽ saul⁹ de terra aptisq̃ oculis nihil videbat ⁊c ¶ Ly. fez visu corpali,videbat aũt visu mẽtali.qa ꝑm doctores cõmuniter in illo triduo fuit raptus vsq̃ ad celũ tertiũ ¶ ⁊ nõ manducauit neq̃ bibit ¶ .Ly.sustẽtat⁹ illa visiõe sicut ⁊ moyses.xl.diebus i monte synai. ¶ erat ãt quidã discipulus damasci noĩe ananias ¶ Ly.q̃ de iudaismo ad fidẽ chr̃sti cõuersus fuit sciẽtia ⁊ vita famosus ¶ et dixit ad illũ i visu domin⁹ anania.at ille aut Ecce ego domine ⁊c ¶ Ly.bospes enĩ paulus iudas vocabatur ¶ saulũ nomine tharsensem ¶ .id est.ꝺ tharso oriundũ ¶ ecce enĩ orat ¶ est ei oratio eleuatio mẽtis in deũ.vt inquit hugo in de oratione. Fuerat aũt vsq̃ ad tertiũ celũ raptus.et ex illo raptu egressus deo grãs agebat ¶ et vidit ¶ in reuelatiõe dñi ¶ virum ananiam noĩe ¶ ita q̃ reuelatio fuit sibi facta ñ solũ de psona.sed etiã de ppio nomine ¶ introeuntẽ ⁊ imponentẽ sibi man⁹ vt visum recipiat ¶ Ly.hec autẽ impositio erat ad curationẽ corporalẽ. Sicut de beato laurentio legitur q̃ ponebat manus sup ceco⁹uz oculos ⁊ illuminabant. ¶ rñdit autẽ ananias ¶ Ly.se excusando.eo q̃ saul⁹ erat famosus in psecutione credentiũ in chr̃stũ. ¶ domine audiui a multis de viro hoc quanta mala sanctis tuis fecerit in hierlim ⁊c ¶ .i. specialiter vas electũ grẽ ⁊ sciẽtie ⁹ tentiuum. ¶ vt portet nomẽ meũ ¶ .s. ope ⁊ ꝑdicatione. ¶ coram gentib⁹ et regib⁹ ⁊ filijs israel.ego ei ostendã illi ¶ .s. p effectum ¶ quãta oporteat eũ pati p noĩe meo ¶ qa p multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ celoruz ¶ ⁊ abijt ananias ¶ ad exequendũ dñi mandatum ¶ et introiuit in domũ ⁊ imponens ei man⁹ ⁊ dixit Saule frater dñs misit me iesus.q̃ apparuit tibi i via q̃ veniebas. vt videas et implearis spũsancto .et ꝑfestim ceciderũt ab oculis eius tanq̃z squame ¶ Ly. id est.macule albe ⁊ dure.sicut sũt squame piscium.q̃ causate fuerũt in eo a lumine excessiuo ipm excecãte ¶ et visum recepit ⁊ surgens baptizatus est ¶ .s. in noĩe iesu chr̃sti. ¶ ⁊ cũ accepisset cibũ ꝑfortatus est ¶ duplici cõfortatione.s.spũ ⁊ corpe ¶ Fuit aũt cuz discipulis qui erãt damasci p dies aliq̃t.⁊ cõtinuo ingressus synagogã ꝑdicabat iesuz

quoniã hic est filiꝰ dei] statĩ pꝰ baptismuz
Ex illo ptz q̃ doctrinã euãgelicaz nõ habu
it ab hoĩe. sed a deo [stupebãt aũt omẽs q̃
eũ audiebãt] de tãta subita mutatiõe per
quã atrocissimꝰ fidei ꝑsecutor factus fue
rat ꝯstãtissimꝰ eius p̃dicator. [et dicebant.
Nõne hic est q̃ expugnabat in hierl'm eos
q̃ inuocabãt nomẽ istud. et huc ad h̃ venit
vt vinctos illos duceret ad p̃ncipes sacer
dotum. Saulꝰ aũt multo magis ꝯualesce
bat] .s. ꝓcedẽs sp̃ de bono in meliꝰ. [⁊ ꝯfun
debat iudeos q̃ habitabant damasci. affir
mans quoniã hic est christꝰ]. Ly. i. q̃ iesus
nazarenꝰ est vere christꝰ in lege ⁊ ꝓphetis
ꝓmissus Qd̃ declarabat ꝑ scripturas vete
ris testamẽti quas p̃us didicerat a gama
liele. et postea multo perfectius a deo illu
strante

¶ In festo purificatiõis sancte ma
rie virginis. Malach. iii.

Hec dicit dominꝰ
deus. Ecce ego mitto ange
lum meũ et preparabit viã
ante faciẽ meã. et statim veniet ad
templũ sanctũ suũ dominator quẽ
vos queritis et angelꝰ testamenti
quẽ vos vultis. Ecce venit dicit do
minus exercituuz. Et quis poterit
cogitare diẽ aduẽtus eius. Et quis
stabit ad videndũ eũ. Ipse eĩ qua
si ignis cõflans. et quasi herba ful
lonum. Et sedebit cõflans et emũ
dans argentum et purgabit filios
leui. Et colabit eos quasi auruz et
quasi argentum et erunt domĩo of
ferentes sacrificia ĩ iusticia. Et pla
cebit domino sacrificium iuda et
hierusalez sicut dies seculi et sicut
anni antiqui dicit dominus omni
potens.

Hec dicit dominꝰ
deus ꝛc. In p̃senti epistola nũciat̃
vterqz aduẽtus christi. scz ĩ carnẽ.
et in iudiciũ. et primo denunciat̃ p̃mus ad
uentus in carnẽ cũ dicit̃. [Hec dicit domi
nus deus] .s. pater. [Ecce ego mitto ange
lum meũ]. Ly. i. Iohẽm baptistã qui mag̃
duxit in terris vitã angelicã q̃z humanã. q̃
enĩ hec scriptura intelligit̃ de iohãne bapti
sta. hoc patet Matth. xi. vbi christꝰ dixit d̃
iohãne. Hic est de q̃ scriptũ est. [Ecce ego
mitto angelũ meũ ⁊ p̃parabit viã añ faciez
meã] .i. añ filiũ meũ. q̃a p̃dicatio et baptis
mus iohãnis fuerũt quedaz p̃parationes
ad baptismũ ⁊ p̃dicationẽ christi [⁊ statim
veniet ad templũ sanctũ suũ] .i. in hierl'm.
q̃ ibi christꝰ hodie fuit oblatus a matre ⁊
receptꝰ a symeone. Et postmodũ ibi pluri
es predicauit. ⁊ ibidẽ multa miracula fecit.
[dñator quẽ vos queritis] .i. quẽ vos desi
deratis. [⁊ angelꝰ testamẽti] .i. christꝰ q̃ fu
it nũcius noui testamẽti [quẽ vos vultis]
videlicet iesus christꝰ desideratꝰ a sanctis
patribꝰ ⁊ ꝓphetis. Secũdo denũciat̃ h̃ ad
uentꝰ christi ad iudiciũ. cũ d̃r. [Ecce venit
dicit dñs exercituũ] Ly. i. veniet certitudi
naliter ad iudiciũ. [Et q̃s poterit cogitare
diẽ aduẽtus eiꝰ] .q. d. nullꝰ. vñ Mat. xxiiij
d̃ die illa ⁊ hora nemo scit neqz angeli celo
rũ nisi solꝰ pater. [⁊ q̃s stabit] .i. poterit sta
re [ad videndũ eũ] Ly. q̃a sicut p̃mꝰ aduen
tus fuit in hũilitate ⁊ mãsuetudine. Ita et
secũdus erit in ptãte ⁊ terrore. [Ipse enĩ q̃i
ignis ꝯflans. ⁊ q̃si herba fullonũ] Ista refe
runt̃ ad p̃mũ ⁊ secundũ aduẽtũ. cũ eniz d̃r.
Ip̃e enĩ q̃si ignis ꝯflans ad secundũ aduẽ
tum ꝑtinet. ⁊ q̃si herba fullonũ ad primuz.
Nã herba fullonũ q̃ vtunt̃ fullones ad pu
rificandũ vestes ⁊ faciẽdũ eas nitidas. mi
tius ⁊ suauiꝰ lauat sordes pannoꝝ. Ignis
aũt cũ magna violẽtia purgat metallum.
sic in p̃mo aduentu christꝰ cũ magna man
suetudine. ⁊ quadam suauitate penitentie
purgauit peccatores. In secundo aduẽtu
purgabit per ignẽ. [et sedebit dominus].
scz in iudicio [ꝯflans ⁊ emũdãs argentũ].
q̃a sic̃ argentũ ꝯflat̃ in igne vt purget̃. emũ
datũ aũt ĩ thesauros reponit̃. Sic fiet ĩ die
iudicij. nã in igne purgabunt̃ electi qui nõ
dũ plene sunt purgati ĩ purgatorio q̃ten

purgati trāseant in thesauros dñi. vt sint ibi q̄si aurū ⁊ argentū [⁊ purgabit filios leui] ꝑ leui ħ intelligit̄ sacerdotalis dignitas purgādi ergo sunt ministri sacerdotal' officij. [et colabit eos q̄si aurꝝ ⁊ q̄si argētuꝫ]. ad ꝑfectā mūdiciā deducēdo. [⁊ erūt offerētes dño sacrificia ī iusticia]. s. operuꝫ. [⁊ placebit deo sacrificiū]. s. oblatū [ꝑ iuda ⁊ hierl'm]. i. ꝑ hominib⁹ actiuis q̄ intelligūt̄ ꝑ iudā. Et ꝯtēplatiuis q̄ intelligūt̄ ꝑ hierusalē [sicut dies seculi ⁊ sicut anni antiq̄]. i. sicut placuit sacrificiuꝫ abel melchisedech et abraā. ⁊ alioꝝ sctōꝝ patrū ī seculis ꝑteritis ⁊ annis antiq̄s [dicit dñs oīpotens]

In cathedra sancti petri apostoli. i. Petri. i.

Petrus apl's iesu christi electis aduenis dispersionis ponti galathie capadocie asie et bithinie scd̄ꝫ prescientiā dei patris in sanctificatiōem spūs. in obediētiam et aspersionez sanguis iesu christi. grā vobis et pax multiplicetur Benedict⁹ deus et pater domini nostri iesu christi. qui scd̄ꝫ mīam suā magnā regenerauit nos in spem viuaꝫ per resurrectionē iesu christi ex mortuis in hereditatē incorruptibilē et incontaminatā et īmarcessibilē cōseruatam ī celis. in vobis qui in virtute dei custodimini per fidē ī salutē paratam reuelari ī tēpore nouissimo in quo exultabitis modicum nunc si oportet cōtristari ī varijs tēptationib⁹ vt ꝓbatio fidei vestre multo preciosior sit auro qd̄ per ignez probatur. Inueniatur in laudez et gloriam et honorem in reuelatiōe iesu christi.

Petrus apostolus iesu ꝛc. Notandū q̄ symon petr⁹ fili⁹ iobanna ꝓuintie galilee. vico de bethsaida frater andree apl'i discipulus saluatoris. scribit hāc epl'am ꝓselitis. i. his qui ꝑmo de gētilitate ad iudaismū. ⁊ postmodū de iudaismo ad christū ꝯuersi erāt. Qui ꝑ fide christi patiebātur et dispsi erāt post lapidationē sancti stephani. Illis scribit a roma tpe claudij cesaris. vñ hic dicit̄ [Petrus] Ly. ꝑmo enī vocat⁹ fuit symō sed postea a christo a q̄ noīatus est petrus a petra que est christ⁹ ꝓpter fidei firmitatē [apl'us iesu christi]. i. missus a iesu christo. Gor. ecce nomen officij. nobile officiuꝫ est esse nunciū siue legatū christi [electis] scꝫ a deo ad fidē catholicā. [aduenis]. s. q̄ de gētilitate venerāt ad iudaismum. ⁊ de iudaismo ad fidē christi [dispsionis]. i. qui sūt de dispersione ⁊ extra terrā iudee. ⁊ illis videt̄ beatus petr⁹ spēaliter scribere. Qd̄ pꝫ ex ħ qd̄ subdit̄ [ponti] Gor. ꝓuintie grecie ē iuxta mare [galathie] alia ꝓuintia est a q̄ galathe dicte sunt [asie] minoris scꝫ in qua ꝑdicauit Iohes euangelista. asia v'o maior media ꝑs orbis [bithinie]. alia ꝓuintia. et omnes iste ꝓuintie sunt grecoꝝ. In his ꝓuintijs dispersi erant [s̄m ꝑscientiā dei patris] Ly. et accipit̄ hic ꝑsciētia ꝑ ꝑdestinatione [in sanctificationē spūs] Ly. talis enī sanctificatio appropriat̄ spūi sctō [in obedientiā]. i. ꝑ obediētiā [et aspersionē sanguinis iesu christi] q̄ fuit obediēs vsqꝫ ad mortem mortē aūt crucis. Phil'. ii. ab hac autē passione habent efficaciā omīa sacramēta noue legis que sunt instrumēta nostre sanctificationis [grā vob̄] in pñti [et pax] ī futuro [multiplicet̄] q̄a tunc q̄etabit̄ tot⁹ hominis appetit⁹ [Bñdict⁹ de⁹]. Ly. q̄ntuꝫ ad totā trinitatē [et pater dñi nostri Iesu christi q̄ s̄m magnā mīam suā]. Ly. ⁊ ñ s̄m merita nrā [regenerauit nos]. s. ī sacramēto baptismi per q̄d efficimur filij dei adoptiui [in spem viuā]. id est. certā. [ꝑ resurrectionem iesu christi ex mortuis] ꝑ quā habem⁹ certitudinē future glorificatiōis. q̄a cū esset homo passibilis sicut ⁊ nos ad vitā īmortalē resurrexit. Et q̄ꝛ filij adoptiui hñt ius in hereditatis participatōne. iō subdit̄ [in hereditatē] Gor. in futuro habendam

[incorruptibilē] Ly. nā hereditas celestis nunq̄z deficit [et incōtaminatā] q̄a nihil ī mundū recipit [ꝛ immarcessibilē] nā suuz decorē nunq̄z minuit. [cōseruatā in celis] be. nō in p̄nti dandā. sed tp̄e p̄finito reddē dam [in vobis] .i. p illud q̄d in vobis est p grām ꝛ liberū arbitriū ꝛ p bona merita vestra [q̄ custodimini in v̄tute dei] n̄ vestra. vn̄ psal. cxxvj. Nisi dn̄s custodierit ciuitatem [per fidē] que facit hoīes fortes ad p̄seuerandū [in salutē] Ly. ꝯsequendā [paratam reuelari] .et ostendi ꝛ dari que modo latet [in tp̄e nouissimo]. Ly. i. in finali iudicio. Nā electi apparebūt gloriosi in anima et in corp̄e. [in quo] .scz tempe nouissimo. [exultabitis] .s. eternaliter [modicum nūc sic oportet ꝯtristari] Ly. tp̄aliter [ī varijs temptationib⁹] Gor. tā interioribus q̄ ad ipsaꝝ multiplicitatē. vn̄ psal. xxxiij. mlte tribulationes iustoꝝ. et Act. xiiij. p multas tribulationes oportet nos intrare in regnuz celoꝝ [vt p̄batio fidei vestre multo preciosior sit auro q̄d p ignē p̄bat̄] Ly. sicut aurū in fornace p̄iectuz inde nō deteriorat̄. sz purius ꝛ melius efficit̄. sic ꝛc̄ [inueniat̄] Gor. id est. cedat [in laudē] hoīm [ꝛ gl̄iam] angeloꝝ [ꝛ honorē] dei [In reuelatōne Iesu christi dn̄i nostri] .i. tp̄e iudicij in q̄ christ⁹ manifestabit gl̄iaz electoꝝ

¶ In festo sancti mathie apostoli Actuum. i.

Exurgens petr⁹ in medio fratrū suorum dixit Erat aūt turba hoīm simul fere centūuiginti. Viri frēs oportet implere scripturā quā predixit spūsscūs per os dauid de iuda qui fuit dux eoꝝ qui cōprehenderūt iesum qui cōnumeratus erat ī nobis et sortitus est sortē ministerij hui⁹ et hic quidē possedit agrū d̄ mercede iniquitatis et suspensus crepuit medius. Et diffusa sūt oīa viscera eius. et notuz factū est oībus habitātibus hierl'm. ita vt appellaretur ager ille lingua eoꝝ acheldemach. hoc est ager sanguīs. Scriptuz est enī in libro psalmoꝝ. fiat cōmoratio eoꝝ deserta. et nō sit qui inhabitet ī ea. et episcopatū eius accipiat alter. oportet ergo ex his viris qui nobiscū sūt cōgregati in omī tempore quo intrauit et exiuit īter nos domin⁹ iesus īcipiēs a baptismate iohānis vsq̄z in diē qua assūptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscū fieri vnū ex istis et statuerūt duos ioseph qui vocatur barsabas qui cognominatus ē iustus. et mathiā. et orātes dixerūt tu domīe qui corda nosti oīm. ostē de quē elegeris ex his duob⁹ vnū accipere locuz mīsterij hui⁹ et apostolatus de quo preuaricatus est iudas vt abiret ī locū suū et dederūt sortes eis. et cecidit sors super mathiā et annumerat⁹ est cū vndeciz apostolis.

Exurgens petr⁹ in medio ꝛc̄. Aūn initiuz illi⁹ epistole scribit sanct⁹ Lucas in eodē ca. d. q̄ postq̄z christus ī die ascēsiōis vidētibus discipulis eleuat⁹ est in celū. Tūc omēs sil' reuersi sunt hierosolimā a monte q̄ vocat̄ oliueti. qui ē iuxta hierosolimā sabbati habens iter. Ly. i. mille passus. quia non licet iudeis in sabbato vltra tale spaciū ambulare. Et cū introissent in cenaculū ascēdebant vbi manebāt petrus ꝛ iohānes et iacobus andreas philipp⁹ ꝛ thomas bartholome⁹ et matthe⁹ iacobus alphei scz filius h̄ dicit̄ ad differentiā alteri⁹ iacobi q̄ fuit filius zebedei et symon zelotes ꝛ iudas iacobi. h̄ d̄r ad differentiā iude p̄ditoris. Hi oēs erant p̄seuerātes vnanimit̄ in orōe cū mulierib⁹ Ly. deuotis que erāt secute iesum a galilea Et maria matre iesu et fratribus ei⁹. i. aliis de cognatōe iesu quoruz plures erāt ibi ꝛc̄. Tūc statim sequit̄ p̄n̄s epistola [In dieb⁹ illis] Ly. i. tp̄e medio inter ascēsionem dn̄i

ꝛ pentecostes. ¶ Exurgens petrus ¶ tanq̃m
ꝑncipalis. ¶ erat aũt turba hominũ sic fere
centũ uiginti. ¶ Viri fratres oportet impleri
scripturã quã ꝓdixit spũssanct⁹ per os da-
uid ¶ cui⁹ verbũ non põt esse falsum ¶ ꝺ iu
da q̃ fuit dux eorũ q̃ cõprehenderũt ieſuz q̃
cõnumerat⁹ erat in nobis ¶ Ly.i. unus ꝺ.xij
apostolis ¶ ꝛ sortitus est sortẽ mi. hui⁹ ¶ Ly.
id est. dignitatẽ apostolicã quã habuit per
christi electionẽ. sicut ꝺr Ioh. vi. Nonne. xij
vos elegi ꝛ vn⁹ ex vobis diabolus est. sors
enĩ aliqñ accipit ꝑ ꝑte ꝛ sic accipit hic. q̃a in
ꝑtem apostoloꝝ vocat⁹ est ¶ et hic q̃ꝺẽ pos-
sedit a grũ de mercede iniq̃tatis ¶ Ly.i. possi
deri fecit ab aliis. q̃a. xxx. denarijs q̃bus ini
que christũ vendiderat in templũ proiecit.
ex q̃bus ꝓncipes sacerdotũ emerũt agꝝ ꝑ
sepultura pegrinoꝝ. vt habet ℣ Matth. xxvij
ꝛ etiã aliqui volũt q̃ iudas fuit ibi sepult⁹.
ꝛ sic possedit agrũ illũ. ¶ et suspẽsus crepuit
medius Et diffusa sunt oĩa viscera ei⁹ ¶ Ly
ra. vt pena respõderet culpe. Justũ ei erat
vt viscera que tãtã ꝓditionẽ ꝙceperãt enoꝛ
miter de vẽtre caderẽt ¶ et notũ factum est ¶
scz enorme factũ iude ¶ omnib⁹ habitãtib⁹
hierl'm. ita vt appellaret ager ille ¶ .i. emptus
de ꝓcio sanguinis christi ¶ lingua eorum ¶ .
id est. ꝓncipũ sacerdotũ q̃ emerũt agꝝ illũ.
¶ achelꝺemach hoc est ager sanguis. Scri
ptum est enĩ in libro psalmoꝝ. fiat cõmora
tio ¶ .i. habitatio ¶ eoꝝ deserta ꝛ nõ sit qui in
habitet in ea ¶ Hoc scribit in ps. lxviij. In q̃
ꝓdixit dauid penã sacerdotũ christi morte
ꝑcurantiũ. In penã enĩ mortis christi tem
plum ꝛ ciuitas hierl'm fuerũt combusta ꝑ
romanos ꝛ sacerdotes ꝑtim interfecti. ꝛ ꝑ
tim captiuati ¶ et ep̃atum ei⁹ accipiat alẽ ¶ .
Hoc habet psal. cviij. In quo dauid ꝓdixit
penã iude ꝓditoris q̃ christũ vẽdidit ꝓci-
pibus sacerdotũ. Isto enĩ iuda ꝑ suspẽsiõꝝ
mortuo matthias successit ei ĩ apostolatu.
¶ Apostolat⁹ vel ep̃atus ꝺr. vñ iã epi succes-
sores sunt apl'oꝝ. vt ꝺr in decretis. Et hoc ẽ
q̃ꝺ dicit hic. et ep̃atum ei⁹ accipiat alter scz
sanctus matthias. ¶ oportet ergo ¶ ad rein-
tegrandũ numeꝝ apostolicũ ¶ ex his viris
qui nobiscũ sunt ꝙgregati in oĩ tpe. quo in
trauit ꝛ exiuit inter nos dñs ieſus ¶ Ly. i. q̃
ꝑexperientiã nouerũt ꝙuersationẽ eius ie
su christi ¶ incipiẽs a baptismate ioh̃is vsq;
in diẽ qua assumptus est a nobis ¶ Ly. non
enĩ legit ieſum docuisse publice. et miracla
fecisse. nisi postq̃ baptizatus fuit a iohãne.
¶ testẽ resurrectiõis eius nobiscũ fieri vnũ
ex istis. ꝛ statuerũt duos ¶ Ly. tanq̃ magis
notabiles ¶ ioseph q̃ vocatus est barsabas
qui cognominat⁹ est iust⁹. et matthias ¶ ly.
licet enĩ istos duos elegissent vt notabilio-
res alijs. tñ ignorabãt q̃s eorũ essz dignior
ad apostolatuz. ꝓpterea sup hoc implora-
uerunt diuinũ iudiciũ ¶ et orãtes dixerunt
Tu dñe qui nosti corda oĩum. ostẽde quez
elegeris ex his duob⁹. vnũ accipere locum
ministerij hui⁹ ꝛ apostolat⁹ de quo ꝑuari
catus est iudas vt abiret in locum suũ ꝛ de
derũt sortes eis ¶ Beda sup actus apl'oꝝ.
Matthias añ pẽtecostes ordinãdus sorte
queritꝫ. q̃a nondum plenitudo spũssctĩ in ec-
clesia effusa est. Septẽ aũt diaconi postea
nõ sorte sed electõne apl'oꝝ sunt ordinati ꝓ
pter hoc ꝓbibet rõnabiliter talis electio. ex
tra de sorti. c. vlt. nõ tñ peccauerũt apostoli
eligendo matthiã ꝑ sortẽ. q̃a nondũ erat ꝑ
bitus. Et q̃a hoc fecerũt familiari cõsilio
spũssancti q̃ꝺ nõ est retrahendũ ad ꝙsequẽ
tiam ¶ et cecidit sors sup matthiaz ¶ . Ly. iste
ioseph fuit cognat⁹ christi. ꝛ tamẽ sibi ꝑpo
suit matthiã. ꝓ hoc ostendens q̃ ad officia
ecclesiastica nõ sunt boĩes ex ꝙsanguinita-
te pmouendi ¶ ꝛ annumerat⁹ est cuz vnde
cim apostolis

¶ In festo annunciatiõis ℣ Marie
virginis. Ysa. xi.

Egredietur uirga

Egredietur uirga de radice ieſſe et flos ꝺ radi
ce ei⁹ ascẽdet. et requiescet
sup eũ spũs domini. spũs sapien
tie et intellect⁹. spũs cõsilij et forti
tudinis. spũs sciẽtie et pietatis et
replebit eũ spũs timoris domĩ. nõ
scꝺz visionẽ oculoꝝ iudicabit neqz

scdm auditū auriū arguet sed iudi
cabit ī iusticia pauperes. et arguet
in equitate ꝑ mãsuetis terre. et per
cutiet terrã virga oris sui. et spū la
bioꝝ suorū interficiet īpiū. Et erit
iusticia cingulū lūboꝝ ei⁹. et fides
cinctoriū renū ei⁹

Egredietur uirga
de radice ꝛc. Sciendū q̄ ista ꝓphe
tia exponitur ad lrãm de christo
a doctoribus catholicis. iudei tñ adhuc ex
pectãt futuꝝ qd̄ nos christiani dicimus eē
impletū in christo iesu. Et ꝑm h̄ dicitur hic
[hec dicit dñs. Egredietur v̄ga de radice ies
se] ly. i. v̄go maria q̄ dicit v̄ga gracilis pau
pertate et humilitate. flexibilis pietate. [et
flos de radice ei⁹ ascēdet] i. christus q̄ dici
tur flos ratōe puritatis. quoniã nullū pec
catum actuale seu originale habuit ī eo lo
cum. j. Pet. ij. q̄ peccatū nō fecit nec inuēt⁹
est dol⁹ in ore eius. Et q̄a ꝑtulit fructū no
stre salutis. Et dicit ascēdet de radice iesse.
qꝛ pat̄ dauid vocat⁹ fuit isai. et iesse. christ⁹
aūt descēdit de dauid [et req̄escet sup eum
spūs dñi] Ly. q̄a in baptismo ei⁹ apparuit
spūssanct⁹ in spē colūbe sup eū. Matth. iij
Ad designandū plenitudinē oīs gratie in
eo [spūs sapīe] Ly. i. doctor sapiētie. vl̄ spi
ritus q̄ est sapiētia [ꝛ intellect⁹. spūs cōsilij
ꝛ fortitudīs. spūs scientie ꝛ pietatis. ꝛ reple
bit eū spūs timoris dñi]. Ly. ista oīa dona
ꝑfectissime fuerūt in aīa christi q̄ fuit perfe
ctissima in omnib⁹ donis ꝛ charismatibus
spūssancti [nō ꝑm visionē oculoꝝ] corpali
um [iudicabit]. qꝛ christ⁹ ꝑscientiã suaꝫ co
gnoscit omnia q̄ sunt fuerūt vel erūt. q̄ntū
cunqꝫ sunt occulta. q̄a hō videt ea q̄ patēt.
deus aūt intuet cor [neqꝫ ꝑm auditū auriū
arguet] Ly. i. nō indigebit edoceri de v̄ita
te ab aliquo. q̄a ꝑ seipsum cognoscit. Unde
Joh. ij. Opus ei nō erat vt q̄s testimoniū
ꝑhiberet de hoīe. Ipe enī sciebat q̄d esset in
hoīe. [sed iudicabit in iusticia paupes]. scꝫ
euãgelicos. iudicãs eos diuitijs celestibus
dignos Unde matth. v. Beati paupes spū q̄
niam ipsoꝝ est regnū celoꝝ. [et arguet ī eq̄
tate ꝑ mãsuetis terre] Ly. q̄d fuit impletū
qñ ꝑhariseos arguit ꝑ apostolis quos no
tabant false de trãsgressiōe sabbati. s. qñ re
uellebãt spicas manib⁹ in die sabbati [ꝛ ꝑ
cutiet terrã]. i. hoīes terrenos [virga oris
sui]. i. doctrina sua arguēdo eorū peccata.
ꝛ spū labioꝝ suoꝝ interficiet impiū] Ly. id
est. antichristū. ꝑm qd̄ dicit. ij. ad Thessa. ij.
Et tūc reuelabit ille iniqu⁹ quē dñs iesus ī
terficiet spiritu oris sui. et destruet illustra
tione aduentus sui. [ꝛ erit iusticia cingulū
lumboꝝ eius ꝛ fides cinctoriū renum ei⁹]
Ly. idē. iusti ꝛ fideles adherebūt sibi. sicut
cingulum et lumbare adherēt homini. ꝛ h̄
patet impletū in apostolis. alijsqꝫ discipul̄
et fidelibus sibi ꝑ fidem ꝛ charitatē adherē
tibus.

Item de eodē festo scdm secula
res. Esa. vij.

In diebus illis. Locu
tus est domin⁹ ad achaꝫ dicēs. pe
te tibi signū a domīo deo tuo in ꝓ
fundū inferni. siue in excelsū supra
Et dixit achaꝫ. Nō petã et nō tem
ptabo dominuꝫ. Et dixit. audite er
go dom⁹ dauid Nūqnuid paꝝ ē vo
bis molestos esse hominib⁹ qꝛ mo
lesti estis et deo meo. ꝓpter hoc da
bit dominus ipse vobis signuꝫ. Ec
ce virgo concipiet et pariet filium
et vocabitur nomē eius emanuel.
Butiꝝ et mel comedet vt sciat rep
bare malū et eligere bonū

In diebus illis. Locu
tus est dñs ꝛc. Ista scriptura Esaie ꝓphete
loquit de dño nostro iesu christo. Unde dr
[In dieb⁹ illis]. s. qñ esaias ꝓphetauit [Lo
cutus est dñs] ꝑ esaiã ꝓphetã [ad achaꝫ].
qui fuit idolatra pessimus et regnauit. xvj.
annis in hierl̄m. Cui esaias ꝓpheta p̄dixit
liberatōnē ꝓpl̄i ꝛ potentiã duoꝝ regū. scꝫ re
gis syrie ꝛ regis samarie. ꝑ quã liberatiōeꝫ
figurabat v̄a liberatio generis hūani d̄ po

testate hostis antiqui Verũtñ quia achaz credere noluit. tunc dixit esaias [pete tibi signum] Ly. liberatiõis tue ⁊ ꝓpli tui ab hostibus. [a dño deo tuo] Ly. ⁊ nõ ab idolis. que tu colis [in ꝓfundũ inferni]. s. vt aliq̃s reducat̃ ab inferis ⁊ annũciet tibi sic̃ factuz fuit in trãsfiguratiõe dñi qñ venit Moyses ab inferis ⁊ apparuit cũ helia q̃ adhuc ẽ in ꝑadiso [siue in excelsuz supra] ac si dicat si vis habere signũ de celo sicut habuit ezechias rex qñ sol decẽ lineis regressus est. ⁊ tẽpore iosue. qñ sol ⁊ luna steterũt ĩ bello gabaon. [et dixit achaz nõ petã] Siquidem achaz signũ petere renuit. Ne in signo glorificaretur dñs. ⁊ vilipẽderẽt idola que colebat. ⁊ iõ dixit. Nõ petã. ⁊ vt excusationez haberet nõ petẽdi subiũxit. [⁊ nõ tẽptabo dñm] ac si diceret. si peterẽ signũ temptarẽ deũ. ⁊ facerẽ ꝯtra legẽ que dicit Math. iiij Nõ tẽptabis dñm deũ tuũ. Sz exq̃ iussus fuit petere debuisset Tñ alia trãslatio habz Nõ petã ⁊ non exaltabo dñm. q. d. Nullo vt dato signo exaltet̃ deus. ꝓpter q̃d esaias ꝓpheta intulit dicẽs: [Audite ergo dom⁹ dauid]. q. d. Rex nõ vult audire audiatis vos dom⁹ dauid [nunq̃d paruz vobis est molestos esse hominib⁹]. i. ꝓphetis quos sepe molestabãt deridẽdo. affligẽdo ⁊ occidendo. vt pz. iiij. Reg̃. ⁊ ij. li. Paral. in pluribus locis. [q̃a molesti estis ⁊ deo meo]. scz signũ ab eo oblatũ renuẽdo ne nomẽ e⁹ glorificet̃ [ꝓpter hoc]. s. ad declarationem noĩs sui ꝑncipaliter. [dabit dñs ipse vobis signũ]. s. liberatiõis vestre q̃zuis sitis ingr̃ti q̃a deus multa bona facit inuitis ⁊ ingr̃tis vt d̃r Matth. v. Pater vester celestis solez suũ oriri facit sup̃ bonos ⁊ malos ꝛc̃ [Ecce v̄go cõcipiet ⁊ pariet filiũ] Ly. beata virgo maria a ꝓphetis denũciata que cõcepit et peperit manẽs v̄go. [et vocabitur nomen eius emanuel]. q̃d est interp̃tatũ nobiscuz deus [Butirũ ⁊ mel comedet] Ly. hoc d̃r ad denotandũ verã ei⁹ humanitatẽ. q̃a talibus nutrit̃ hõ maxime ĩ puericia. [vt sciat reprobare malũ ⁊ eligere bonũ]. Nã ipsi⁹ christi infantia nõ minuit eius sapientiam Nec plus sciuit adultus q̃z paruulus. sed plus ostendit sapientiam suaz adultus q̃z paruulus

In festo apl'oꝝ philippi et Jacobi. Sapie. v.

Stabũt iusti ĩ magna cõstantia aduers⁹ eos qui se angustiauerũt et qui abstulerũt labores eoꝝ. Videntes turbabũtur timore horribili. et mirabũtur in subitatiõe inspirate salutis. dicẽtes intra se. ꝑniam agentes. et pre angustia spũs gemẽtes Hi sunt quos aliquãdo habuim⁹ ĩ derisum et ĩ similitudinẽ improperij. Nos insensati vitã illoꝝ estimabamus insaniam et finẽ illoꝝ sine honore. Ecce quomõ cõputati sũt inter filios dei et ĩter sanctos sors illorum est.

Stabũt iusti. Ly. s. tempore iudicij [in magna ꝯstantia]. q̃a ꝑfecti cũ christo iudicabũt [aduers⁹ eos qui se angustiauerũt] Ly. inferendo nocumentũ eis in ꝑsonis. [et q̃ abstulerũt labores eoꝝ] eis nocẽdo in rebus temꝑalibus [vidẽtes autẽ turbabunt̃ timore horribili. ⁊ mirabunt̃ in subitatiõe insperate salutis dicẽtes Ly. q̃a videbũt iustos gloriosos ĩ corꝑe ⁊ aĩa q̃d nõ crediderãt futurũ [⁊ pre angustia spũs gemẽtes intra se penitentiã agẽtes] sed sine fructu Tũ q̃a sunt extra statum meriti ⁊ demeriti. Tũ q̃a nõ dolent ꝓpter offensam dei. sed ꝓpter penas inferni. [Hi sunt quos aliqñ habuimus ĩ derisũ] scz in p̃nti vita [et in similitudinẽ improperij] Ly. q̃a improperãtes aliq̃bus ponebãt christianos ĩ exemplũ. dicẽtes ita miser fias sicut talis christian⁹ vel iust⁹ [Nos insensati] Ly. ꝑ ignorantiã futuroꝝ bonorũ. [vitam illoꝝ estimabam⁹ insaniã] eo q̃ ꝯtemnebant tꝑalem felicitatẽ et ꝓsperitatẽ. [et finem illoꝝ sine honore] q̃r moriebant̃ in cõtemptu p̃ntis vite. [quõ cõputati sunt ĩter

filios dei].i.inter angelos [et inter sanctos sors illorũ est] ad quorũ cõsortiũ tunc erũt assumendi cũ corpe ⁊ aĩa

¶ In festo inuentionis sancte crucis. ad Gal. v.

Onfido de uobis

c in domino q; nihil aliud sapiatis. Qui aũt conturbat vos portabit iudiciũ quicũq; ẽ ille Ego aũt fratres si circũcisionẽ adhuc predico quid adhuc persecutionem patior. Ergo euacuatum est scandalũ crucis. vtinã et abscindãtur qui vos cõturbant. Quicunq; enĩ volunt placere in carne hic cogunt vos circũcidi. tantũ vt crucis christi persecutionẽ nõ patiantur neq; enĩ qui circũcidũtur legez custodiunt. sed volũt vos circumcidi vt in carne vestra gloriẽtur. Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce domini nostri Jesu christi per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo.

Onfido de uobis

in dño ꝛc. Galathe sunt greci ⁊ isti seducti erãt a via vitatis per falsos apostolos q̃ p̃dicabãt simul circumcisiõez cũ euangelio esse necessariã ad salutẽ. Et illos apl'us paul⁹ in p̃nti epl'a reuocat ad viam vitatis dicẽs. [Fratres. Confido de vobis] Ly. q̃ ad monitiõz meã vos corrigatis [in dño].i. p adiutoriuz dei [q̃ nihil aliud sapiatis] nisi veritatẽ euangelij quã p̃dicaui vobis [q̃ aũt ꝯturbat vos] Ly. asserendo q̃ sine circũcisione saluari non poteritis [portabit iudiciũ] Gor. i. sustinebit ꝯdẽnatiõez [quicũq; est ille].i. quãtuscũq; sit [ego autẽ fratres si circumcisionẽ adhuc predico] Ly. dicẽdo q̃ necessaria sit ad salutẽ [quid adhuc p̃secutionẽ patior].s. a iudeis. q. d. ñ paterer si ita esset. q̃a p nulla re p̃sequũtur me iudei nisi hac de causa ꝛc. [ergo euacuatum est scandalũ crucis].i. scandaluz q̃ iudei in mea p̃dicatione scãdalizabant. q̃a iudei non scandalizabant de paulo p̃dicante iesum nazarenũ crucifixũ fuisse. sed quia p̃dicabat eũ verũ christũ esse ⁊ circũcisionez euacuasse [vtinã abscindant] Ly. i. totaliter a vobis separent [q̃ vos ꝯturbãt] dicentes q̃ circumcisio sit vobis necessaria ad salutem [Quicũq; eĩ volunt placere].s. iudeis [in carne].i. in legalib⁹ obseruãtijs. [hi cogunt vos circũcidi] Ly. i. ad hoc vos inducunt [tantum] supple hoc faciũt [vt crucis christi p̃secutõnẽ] Gor. i. p̃secutionẽ q̃ pro p̃dicatione crucis christi infert [nõ patiantur].s. a iudeis qui p̃sequebantur p̃dicatores crucis [neq; enĩ qui circumciduntur] Ly. s. falsi apostoli [legẽ custodiũt]. q̃a ĩ mlt'tis transgrediebant. [sed volunt vos circũcidi vt in carne vestra gloriẽtur].s. apud iudeos de vestra circũcisione iactando se q̃ multos p̃selitos legis fecerũt [Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Jesu christi] Ly. i. in fide ⁊ p̃dicatione christi crucifixi [p quẽ].s. christũ crucifixũ. [mihi mũdus crucifixus est]. Ly. i. cõcupiscẽtia mũdi est mortua nullã virtutem habẽs in me [⁊ ego mundo] q̃a amplius nihil mundanum quero.

¶ In festo sancti Johannis baptiste. Esa. xlix.

Udite insule et

a attendite populi de longe. domin⁹ ab vtero vocauit me. de vẽtre matris mee recordatus est nomĩs mei. Et posuit os meũ quasi gladiũ acutũ. in vmbra man⁹ sue p̃texit me et posuit me sicut sagittã electã. in pharetra sua abscondit me et dixit mihi. seruus meus es tu israel. q̃r ĩ te gl'ificabor. Et ego dixi. inuacuũ laboraui. sine causa et vane fortitudinẽ meaz cõsumpsi. Ergo iudiciũ meũ cum domino et opus meũ cũ deo meo. et nunc dicit domin⁹ formãs me ex vtero seruũ sibi. Ecce dedi te ĩ lucẽ

gentiū vt sis salus mea vsqz ad extremū terre. Reges videbūt et cō surgēt prīcipes et adorabūt ppter dominū deū tuū et sanctum israel qui elegit te

Audite īsule et at

a tendite ppl̄i ⁊c. Iñ inuitiū illi⁹ ppheie habet q cū educeret dñs filios israel de egypto. Aquā de petra pduxit eis in deserto ⁊ scidit petraz ⁊ fluxerūt aq̄. Nō est pax impijs dicit dñs. Tūc statim sequit̄ pñs lectio q̄ pncipaliter exponit̄ de christo ¶ hec dicit dñs Audite insule ¶ Glo. ordi. ſ̄ insulaz noīe alloquit̄ dñs deus in pſona filij eccīas de gentib⁹ collectas ¶ et attendite populi de longe ¶ i. ab extremis terre ¶ dñs ab vtero vocauit me. ⁊ de vētre matris mee recordat⁹ est noīs mei ¶ Ly. hoc dr in pſona christi hoīs de quo adhuc existēte in vtero matris dixit dñs p angelū suū ad Ioseph. Matth. i. Vocabis nomē eius iesum ipse enī saluū faciet populū suū a peccatis eoz. ¶ ⁊ posuit os meū quasi gladiū acutū ¶ Ly. in quo notatur efficacia vbi christi ad extirpandū vicia ¶ in vmbra manꝰ sue ¶ i. ptātis sue ¶ pterit me ¶ nō enī fuit captus a iudeis nisi qñ voluit ⁊ se spōte obtulit. vt pz Iob. xviij. Dixi vobis qa ego sum. si ergo me qritis. sinite hos abire ¶ ⁊ posuit me sicut sagittam electā ¶ in hebreo habet̄ clarā. i. limatā. p hoc intelligit̄ puritas ⁊ claritas doctrine christi ¶ in pharetra sua ¶ i. in sua puidētia. ¶ abscondit me ¶ i. vsqz ad tps reuelatōnis mee ¶ ⁊ dixit mihi seruꝰ meꝰ es tu ¶ rōe būanitatis in q̄ accepit formā pui. vt pz Phil. ij. Semetipm exinaniuit formā serui accipiens ¶ israel ¶ sic noīat christus. qz de populo israel natꝰ ¶ qz in te glificabor ¶ p miracula diuine ptātis ⁊ excellētie demōstratiua. ¶ et nūc dicit dñs formās me ex vtero seruum sibi ¶ Ly. qa ab instāti in incarnatiōe fuit diuinit⁹ corp⁹ christi formatū ⁊ aiatuz ⁊ sic ex tūc pfectus fuit christꝰ omnib⁹ scientijs ⁊ carismatib⁹. ¶ dedi te in lucē gentiū ¶. Ly. et hoc p susceptionē lumis fidei ¶ vt sis salus mea ¶ i. a me missa ⁊ data ¶ vsqz ad extremū terre ¶ Ly. ⁊ hoc mō dixit christꝰ apostolis Act. i. Eritis mihi testes in hierusalē ⁊ i omni iudea ⁊ samaria ⁊ vsqz ad vltimū terre. ¶ Reges videbūt ¶ Ly. mirabilia in vtute nomis christi fīēda p apl̄os ⁊ p eoruz successores ¶ ⁊ surgēt pncipes ¶ ad statum fidei christiane qđ maxime patuit tpe pstātini ¶ et adorabūt dñm deū tuū ⁊ sanctuz israel ¶ scz deum patrez. ¶ qui elegit te ¶ Ly. scz christum hominē ad opus redemptionis humane

¶ In festo beatoruz petri et pauli apostoloꝝ. Actu. xij.

Iisit herodes rex

m manꝰ vt affligeret quosdaz de ecclesia. Occidit autē iacobū frēz iohānis gladio. videſ ātquia placerz iudeis apposuit apprehendere et petrū Erāt aūt dies azimoruꝝ. Quē cū apprehēdisset misit in carcerē. tradēsqz eum quattuor quaternionibꝰ militū custodiēdum polēs post pascā pducere eū populo. Et petrꝰ quidē seruabatur in carcere. oro aūt fiebat sine intermissione ab eccl̄ia ad deū p eo. Cū aūt pductur⁹ eū esset herodes. i ipsa nocte erat petrꝰ dormiēs inter duos milites vinctꝰ cathenis duabus et custodes ante hostiū custodiebāt carcerē. Et ecce angelꝰ domini astitit et lumen refulsit i habitaculo percussoqz latere petri excitauit eum dicēs. Surge velociter. et ceciderūt cathene de manibus eius. Dixit aūt angelus ad eū. precingere. et calcia te caligas tuas. et fecit sic. et dixit illi Circūda tibi vestimentū tuū et sequere me. et exiens sequebatur eū. et nesciebat qz verz est qđ fiebat per angelū Existimabat aūt se visum videre. Trāseuntes aūt primā et secundaz custodiam venerūt ad portā ferreā que

ducit ad ciuitatez que vltro aperta est eis. et exeũtes ꝓcesserunt vicuz vnuz. Et cõtinuo discessit ab eo angelus. et petr⁹ ad se reuersus dixit. nunc scio vere. qꝛ misit domin⁹ angelum suuz et eripuit me de manu herodis et de omni expectatõe plebis iudeoꝝ.

Misit herodes rex

m manus vt affligeret ꝛc. Ante initium illius lectiõis scribit sanct⁹ lucas ꝙ sanctus paul⁹ et sanctus barnabas ꝑdicauerũt in anthiochia ꝑ integrũ annũ et docuerũt multã turbã. ita vt cognomiarent̃ primuz antiochie discipuli christiani. Ly. Añ enĩ credẽtes in christũ vocabãt̃ tantum discipuli. sz tũc ceperũt nominari christiani a christo. In his aũt dieb⁹ supuenerunt ab hierosolimis ꝓphete antiochiã. et surgens vn⁹ ex eis noĩe agab⁹ significabat ꝑ spũm sanctũ famẽ magnã futuraz in vniuerso orbe terraꝝ. Que facta ẽ sub claudio cesare. Discipuli aũt ꝓut q̃sqz habebat proposuerunt singuli ĩ ministeriũ eoꝝ mittere habitantib⁹ in iudea fratrib⁹. Ly. Fuerãt enĩ bonis tꝑalibus spoliati in ꝑsecutiõe q̃ mota fuit in morte stephani ꝓpter q̃d indigebant ab alijs credẽtibus auxiliari maxĩe tꝑe famis. Q̃d et fecerũt mittẽtes ad seniores. s. curã multitudinis habẽtes ꝑ manus barnabe ⁊ pauli. Tũc statim sequit̃ p̃ns lectio. [In diebus illis Misit herodes rex]. Pro intellectu littere sciẽdũ. ꝙ tres fuerũt herodes in iudea de q̃bus scriptura facit mentõnẽ. Prim⁹ fuit herodes ascalonita ⁊ iste fuit institut⁹ rex iudee a romanis cuius pater fuit idumeus. Et tꝑe istius herodis natus est christus. ⁊ iste herodes occidit pueros innocẽtes. vt habet̃ Matth. ij. Secũdus vocatus fuit herodes antipas. Et iste decollauit Joh̃em baptistã. Terti⁹ vocatus fuit agrippa. ⁊ licet iste in ꝓncipio fuerit pauꝑ tñ postea fauẽtib⁹ sibi duobus imꝑatorib⁹ romanis. s. gayo ⁊ claudio fuit eleuatus ad regnũ. Et iste de roma veniens in iudeã honorifice valde fuit recept⁹ a iudeis. ꝓpter q̃d in fauorẽ eoꝝ occidit iacobum fratrẽ iohãnis. ⁊ incarcerauit petꝝ. Vñ versus. Ascalonita necat pueros. antipa iohannẽ. agrippa iacobuz claudẽs ĩ carcere petrũ. Et hoc est q̃d dicit̃ in ꝓncipio ꝑsentis lectiõis. [In dieb⁹ illis. Misit herodes rex manus]. i. potestatẽ suã [vt affligeret quosdã de eccl̃ia] supple credentiũ [occidit autẽ iacobũ fratrẽ iohannis gladio] Nõ solũ christianos afflixit sed etiam occidit [videns aũt q̃a placeret iudeis]. scz occisio iacobi [apposuit apprehẽdere ⁊ petrũ] Glo. ordi. q̃a pl⁹ placeret iudeis si ꝓnceps occideret̃ [erãt aũt dies azimoꝝ Ly. q̃ñ apprehẽdit petrũ. ⁊ hoc addit̃ ad significãduz causaz quare nõ statim occidit petrũ sicut fecerat de iacobo. volebat enĩ expectare trãsitũ solẽnitatis pascalis in qua iudei septẽ diebus vescunt̃ panib⁹ azimoꝝ. et etiã qꝛ ñ licebat in pasca quẽq̃z occidere [quẽ cũ apprehẽdisset misit in carcerẽ] Ly. ne possz effugere [tradẽs eũ quattuor q̃ternionibus militũ custodiendũ] dicit̃ autẽ quaternio qui habet quattuor milites sub se sicut centurio q̃ habet centũ [volẽs post pasca producere eũ ꝓpl̃o]. i. exponere morti ꝓ voluntate ꝓpl̃i [et petr⁹ quidẽ seruabat̃ in carcere Orõ aũt fiebat sine intermissiõe ab ecclesia ad deũ ꝓ eo] Ly. vt christ⁹ adhuc in vita ꝑuaret suũ vicariũ. [cũ aũt ꝓductur⁹ eũ essz herodes]. s. de carcere vt occideret̃ [in ipsa nocte immediate ꝑcedẽte [erat petrus dormiens inter duos milites. vinct⁹ cathenis duab⁹ ⁊ custodes añ hostiũ custodiebant carcerẽ]. Ly. petr⁹ ita custodit⁹ fuit ꝙ ñ patebat ei euasio via humana. Sz q̃a deficiẽte humano subsidio solet adesse diuinũ. iõ subdit̃. [⁊ ecce angel⁹ dñi astitit] ad petri liberationẽ [et lumẽ refulsit in habitaculo]. carceris. s. ad eius ꝯsolationẽ. [ꝑcussoqz latere petri excitauit eũ. d. Surge velociter ⁊ ceciderũt cathene de manib⁹ ei⁹. dixit autẽ angel⁹ ad eũ. ꝑcingere] Ly. vt sis apt⁹ ad ambulandũ. Resoluerat ei petr⁹ cingulũ suũ vt vestis possz ꝑedes cooꝑire ꝯ frigidi

frequēter habēt corpalia.sicut aurū argentum ⁊ lilia habēt anneram solicitudinē.eleuationē mētis ad deū impedientē.ō ſbdit̄ ⌊ p̄ciosior est cūctis opibus sapiētia et oīa que deliderant̄ huic nō valēt compari ⌊ Lō/gitudo dierū in dextera ei⁹ ⌋ quia talis p̄mo et p̄ncipaliter hz aſpectū ad celeſtia ⁊ eēna. ⌊ et in ſiniſtra illius diuitie ⁊ gloria ⌋.q̄a ſecundario ⁊ ex cōſequenti aſpectum ad tpalia bene adminiſtrāda ⌊ vie eius vie pulcre ⁊ omnes ſemite eius pacifice ⌋ quia nullā turpitudinē admittit.⁊ ad decorē virtutuz inducit.⁊ ſic hominē pacificatū reddit rediendo vires inferiores in obſequium rōis ⌊ lignū vite eſt bis q̄ aprehenderint eam ⌋. ⁋.v.ſicut enī p lignū vite continuabat̄ vita vt ſic homo manens in ſtatu innocētie de vita nature trāſiſſet ad vitā glie.ſine morte media. Sic ⁊ ſapiētia de vita gratie ducit hominē ad vitā glorie ſine morte mortaliſ culpe intermedia.dum tamen bic in ea perſeueret ⌊ et qui tenuerit eam beatus ⌋ q̄a certitudinaliter ad beatitudinē deducet̄. ⌊ dominus fundauit terrā ⌋ p ſapientiam ſuaz. ⌊ ſtabiliuit celoſ prudētia ⌋ quia ſunt incorruptibiles ⌊ ſapiētia illi⁹ eruperūt abyſſi ⌋. et hoc tempe diluuij.vt habetur Gene.vij. Rupti ſunt oēs fontes abyſſi magne. ⌊ Et nubes rore concreſcunt ⌋. quia caloze ſolis elauantur exalatōes humide ⁊ cōdenſant̄ in nubes.

¶ Item alia epiſtola de vno martyre.Eccle.xiiij.

Eat⁹ uir qui in ſa

b pientia morabitur et qui in iuſticia ſua meditabitur et in ſenſu cogitabit circūſpectionez dei. Cibabit illū pane vite et intellectus et aqua ſapiē ſalutaris potabit illū. Et firmabitur ī illo et non flectetur.et cōtinebit illū et nō cōfundetur.et exaltabit illuz apud p̄ximos ſuos.et noīe eterno hereditabit illū domin⁹ de⁹ noſter

Poſtilla

Eat⁹ uir qui in ſa

pientia ꝛc. Ān initiū illi⁹ lectōnis habet̄ in eodē ca. Beat⁹ vir q̄ non eſt lapſus vbo ex ore ſuo Tūc poſt ſequitur p̄ns lectio nō poſt pauca ⌊ Beat⁹ vir q̄ in ſapiētia morabit̄ ⌋ ⁋.v. meditādo diuina quoz cognitio p̄prie dicit̄ ſapiētia. q̄ſi ſapida ſcientia. ⌊ et q̄ in iuſticia ſua meditabit̄ ⌋ reddēdo deo debitū cultum et p̄mo ſuo amore fraternū ⌊ et in ſenſu cogitabit circūſpectionē dei ⌋ i.q⁹ deus circūſpicit oīa ⁊ vbiq;. Ān Heb.iiij. Oīa nuda ⁊ apta ſunt oculis ei⁹ ⌊ Cibabit illū pane vite ⌋ i.verbo ſacre ſcripture ⌊ ⁊ intellect⁹ ⁊ aq̄ ſapiē ſalutaris potabit illū ⌋ i.grā ſpūſſācti. ⌊ ⁊ firmabitur in illo ⌋ ⁋.v. deo firmiter adherēdo ⌊ et nō flectet̄ ⌋ ſ.a rectitudine iuſticie ⌊ ⁊ p̄tinebit illū ⁊ nō confundet̄ ⌋ ſ.cū reprobis ſz bono rabitur cū electis. ⌊ ⁊ exaltabit illū apō p̄timos ſuos ⌋ i.apoſtōs ſuos q̄ ſunt deo propinq̄ ⌊ ⁊ noīe eterno hereditabit illū dōs deus noſter ⌋

¶ Item alia epiſtola de vno martyre.Eccle.xxxix.

Ūſtus coz ſuum

i tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum.et ī cōſpectu altiſſimi deprecabitur.Aperiet os ſuum in orōne pro peccatis et delictis ſuis deprecabitur.Si enī dominus magnus voluerit.ſpiritu itelligētie replebit illum.et ipſe tanquā imbres mittz eloquia ſapientie ſue.et in orōe cōfitebitur domino.Et ipſe dirigz cōſilium eius et diſciplinam.et in abſconditis ſuis conſiliabitur. Ipſe palam faciet diſciplinam doctrine ſue.et in lege teſtamenti domī gloriabitur.Collaudabunt multi ſapiētiam eius.et vſqz in ſeculū non delebitur. Nō recedet memoria eius et nomē eius requiretur a generatione in generationē

Postilla

Vstus cor suum

i tradet ad vigilādū ꝛc. Añ initiū illius lectiōis habet in eodē capl'o. Sapiam oīm antiquoꝝ exq̄ret sapiēs. Et narrationē viroꝝ nomiatoꝝ ꝯseruabit. Tūc sequit' pñs lectio siue epl'a post pauca [Iustus cor suū tradet] Ly. volūtarie [ad vigilandū diluculo] .i. a iuuētute [ad dñm q̄ fecit illū] .s. ad ip̄m intētionē dirigēs deuote ꝛ attēte [ꝛ in ꝯspectu altissimi dep̄cabit'] .p impetratiōe sapie [apiet os suū in orōne ꝑ peccatis ꝛ delictis suis] .s. emēdādis. [dep̄cabit'] vt sic ad receptiōez diuīe sapie disponatur [si ei dñs magn⁹ voluerit spū intelligētie replebit illū. ꝛ ip̄e] spū intelligentie repletus [tāq̄z imbres] .i. abūdanter [mittet eloq̄a sapie sue] ad docēdū ignorātes [et ī orōe ꝯfitebit' dño] totū effectum attribuēs bonori diuīo [et ip̄e] .s. de⁹ [diriget ꝯsiliuz ei⁹] in agēdis [ꝛ in abscōditis suis ꝯsiliabitur] .s. obscura clari⁹ sibi reuelādo [ꝛ ip̄e]. scz a deo illuminat⁹ [palā faciet disciplinā doctrine sue] sibi reuelata alijs ꝓpalādi [ꝛ in lege testamēti dñi gl'iabit'] hec ei est gl'ia sapiētis in lege dñi meditari [collaudabūt multi sapiam ei⁹] nō dicit oēs. q̄r homies mūdani ip̄m reputāt imprudētez eo q̄ nō q̄rit sciam lucratiuaz [et vsq̄z in seculū non delebit'] .s. doctrina sapie ei⁹. vt pz mat. xxiiij Celū ꝛ terra trāsibūt. v'ba aūt mea nō transibūt. [nō recedet memoria ei⁹] .s. sapiētis. [ꝛ nomē ei⁹ req̄ret a generatiōe in generationē] q̄a ꝑ doctrinā ab eo scriptā remanebit nomē ei⁹ inter hoīes qui vtuntur illis scriptis ad profectū suū ꝛ ad salutē animarum suaꝝ

Epistola de plurib⁹ martyribus Sapie. iij.

Vstorū anime in

i manu dei sūt. et nō tāget illos tormentū mortis. Visi sunt oculis insipientiū mori. et estimata est afflictio exit⁹ illoꝝ. Et ab itinere iusto abierūt ī exterminiū. Et qd̄ a nobis est iter exterminij. illi autē sunt in pace. Et si coram hominib⁹ tormēta passi sunt spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati. ī multis bene disponētur. quoniā de⁹ tēptauit eos. et īuenit eos dignos se. Tāquā aurū ī fornace ꝓbauit illos. et quasi holocausti hostiā accepit illos. et ī tēpore erit respect⁹ illoꝝ. Fulgebūt iusti et tāquā scintille ī arūdineto discurrent. Iudicabūt natiōes et domiabuntur populis. Et regnabit dominus illoꝝ imperpetuū

Postilla

Vstorum anime

in manu dei sunt ꝛc. Añ initiū illius lectiōis habet sic. Inuidia diaboli mors introiuit ī orbē terraꝝ. imitātur aūt illū q̄ sunt ex ꝑte ei⁹. Tūc sequit' pñs lectio siue epl'a [Iustoꝝ anime in manu dei sunt] Ly. Sūt enī aīe iustoꝝ īmortales ꝛ separate a corpib⁹ ꝑ mortē. Et sunt in manu diuine misericordie ꝑ securitatē gl'ie ꝯsequēde. Nā a tp̄e passionis christi postq̄z apta est ianua gl'ie. si non habent aliq̄d ad purgandum statim euolāt ad gl'iam. Si autē habēt aliq̄d ad purgāduz detinēt in manu diuine iusticie in pena purgatorij ad tēp⁹. Sunt tamē secure de sua beatitudine consequenda. ergo dicit' hic [Iustoꝝ anime in manu dei sunt. ꝛ nō tāget illos tormentuz mortis] .s. tormentuz gehenne. [Visi sunt oculis insipientiū mori] totaliter in aīma ꝛ corpe [et estimata est afflictio exit⁹ illorū Et ab itinere iusto abierūt in exterminiū]. de hoc mundo reputata est mera afflictio ab illis q̄ aliā vitā homīs nō credūt post hanc vitā [Et qd̄ a nobis ē iter exterminij] s̄m errorē illoꝝ qui dicunt hoīes recedētes a nobis per mortē totaliter exterminari [illi autē] scz iusti [sunt in pace. Et si corā hominib⁹ tormēta passi sint. spes illorum immortalitate plena est] q̄r nō p̄t amitti. In

mortalitas vero ade nō fuit plena. qr amitti potat ⁊ fuit amissa [in paucis vexati]. i. tribulati [in mltis bñ disponent] p gliaz aie ⁊ corpis [qniā de⁹ tēptauit eos]. s. vt vtus patiētie eoꝝ nota fieret alijs ad exēplū imitationis [⁊ īuenit eos dignos se. tāqz aurū in fornace pbauit illos]. s. qd nō deteriorat sz meliorat [⁊ ī tpe retributōis erit respect⁹ illoꝝ] nō solū qntū ad aīam. sed et quantū ad corp⁹. qd resurget gloriosuz [fulgebūt] iusti p dotē claritatis [⁊ tāqz scintille ī arūdineto discurrēt] p dotē agilitatis [iudicabunt nationes]. nam perfecti iudicabunt cum xpo in iudicio finali [⁊ domīabūtur ꝓplis. ⁊ regnabit dñs illoꝝ impetuū.

¶ Item alia epistola de martyribus. Sapie. v.

Vsti aūt imper

i petuum viuēt et apud dominū est merces eoꝝ et cogitatio illoꝝ apud altissimū. Jō accipient regnū decoris. et dyadema speciei de manu domini. quoniam dextera sua teget eos. et brachio sancto suo defendet illos. Et accipiet armaturā zel⁹ illi⁹ et armabit creaturā ad vltionē inimicoꝝ. Induet ꝓtorace iusticiaz et accipiet ꝓ galea iudiciū certū. Sumet scutū inexpugnabile equitatē ibunt directe emissiones fulgurū et ad certū locum deducet illos domin⁹ deus noster

Vsti aūt imper

petuū viuēt ꝛc. Aū initiū illi⁹ lectiōis habet in eodē capl'o q dānati in inferno quotidie clamāt. Quid nobis pfuit supbia aut diuitiaꝝ iactantia qd cōtulit nobis trāsierūt oīa illa tāqz vmbra Tūc sequit pñs lectio q bodie p epl'a ī missa legit. in qua demōstrat q sit merces martyꝝ. qualit a dño ptecti. qliter a dño armati ad pugnā ꝯtra inimicos fidei pcesserūt. et sic ad eternā beatitudinē puenerūt. ergo hic dicit [Justi aūt impetuū viuēt] scz vita glie [et apud dñm est merces eoꝝ]. scz a quo sperāt pmiari nō a mūdo [⁊ cogitatō illoꝝ apud altissimū] ad cui⁹ bonorē ordinant facta sua [Jō accipiēt regnū decoris ⁊ dyadema speciei de manu dñi]. s. celestez gliam vbi nihil est turpe [quoniaz dextera sua teget eos] reponēdo eos ī beatitudine que p dexterā intelligit. [et brachio sancto suo defendet illos] In h designat securitas beatitudinis q a nullo pōt auferri. Post hoc describit miseriā iniquorū dicēs. [⁊ accipiet armaturā zelus illi⁹]. Nā ex zelo iusticie pcedit ad pturbationē malorū. [⁊ armabit creaturā ad vltionē inimicoꝝ] Ly. Nā omnib⁹ creaturis vtet ad afflictionez reproboꝝ. Sicut ecōuerso oēs creature cedent ad gliam electorū [Induet p thorace iusticiā. a qua nō poterit deflecti cū ipe sit regula iusticie et accipiet p galea iudiciuz certū] Nam iudicādo nō potest deficere. [Sumet scutū inexpugnabile equitatez]. que ita erit euidēs q null⁹ eā poterit impugnare [⁊ ibunt directe emissiones fulguꝝ] ad afflictionē malorū [et ad certum locuz deducet illos dominus deus noster] Naz sm qd dominus preordinauit de ipsis. ita et ipsi predicationis et passionis certa loca adierunt

¶ Item alia epistola de pluribus martyribus. Sapie. x.

Eddet deus om

r nem mercedē laboruz sanctorum suoruz et deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei. et luce stellarū nocte Trāstulit illos per mare rubꝝ. ⁊ trāsuexit illos per aquā nimiā. inimicos aūt illoꝝ dimersit in mare et ab altitudine inferoruz eduxit illos. Jō iusti tulerunt spolia impiorum. et decantauerūt domine sanctum nomē tuū et victricē manuz tuā laudauerūt pariter. domīe de⁹ noster.

Eddet deus om

r nem mercedē laboꝝ ꝛc. Añ initiū illius lectōnis habetur in eodem capitulo. Sapientia eterna venditū iustū scz ioseph quē fratres sui vendiderūt ñ dereliquit. sed a peccatoribus liberauit eū descenditqz cū illo in foueā ⁊ in vinculis non dereliq̄t illū Et mēdaces ostēdit q̄ maculauerunt eū ⁊ dedit illi claritatē eternā. Tūc sequit̄ pñs lectio siue epl'a. [Reddet deꝰ]. scz iustis [omnē mercedē laboꝝ suoꝝ] Lyra. Nā de mādato dñi filij israel recedētes spoliauerūt egyptuz. s. mutuo a vicinis vasa aurea ⁊ argētea accōmodando. et hoc ī recompēsatiōe laboꝝ q̄bus iniuste aggrauauerāt eos egyptij. vt habet̄ Exo. xij. [Et deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamēto diei. ⁊ in luce stellarū nocte] Nā columba nubis ꝑ diē. ignis ꝑ noctē [trāstulit illos ꝑ mare rubꝝ. et transuexit illos per aquā magnam. Inimicos illoꝝ dimersit ī mare. ⁊ ab altitudine inferoꝝ]. i. de fundo maris [eduxit illos. Ideo iusti tulerūt spolia impioꝝ] viderūt enī egyptios mortuos sup littꝰ maris. Exo. xiiij. Et spoliauerunt eos armis p̄ciosis. ⁊ s̄m hebreos. Ista p̄da fuit maior q̄z ista qua p̄us spoliauerāt egyptum vasis aureis ⁊ argēteis [et decātauerunt dñe sanctū nomen tuū]. dicētes illud canticū. Cantemꝰ dño gl̄iose enī magnificatus est. equū ⁊ ascensorez deiecit in mare [⁊ victricē manū tuā]. i. potētiā tuā egyptios submergentē [laudauerūt ꝑiter. dñe deus noster]

¶ Item alia epl'a de pluribꝰ martyribus. Prouer. xv.

Ingua sapientū

l ornat scientiam. os fatuoꝝ ebullit stulticiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos. lingua placabilis lignum vite. que autez immoderata est conteret spiritum. Domꝰ iusti plurima fortitudo, et ī fructibus impij conturbatio. Labia sapiētuz disseminabunt scientiam. cor stultoꝝ dissimile erit. victime impioꝝ abominabiles domīo. vota iustoꝝ placabilia. Qui sequitur iusticiam diligetur a domino

Postilla

Ingua sapientū

ornat scientiā ꝛc. Ante initiū illiꝰ lectiōis habetur in eodē capitulo Responsio mollis frangit irā. sermo durꝰ suscitat furorem. Tūc statim sequit̄ p̄sens lectio [Lingua sapientū ornat scientiam]. quia debito tp̄e ⁊ loco ⁊ gratiose proponit eā [os fatuoꝝ ebullit stulticiā] q̄a impetuose ꝓfert eā. [in omni loco oculi dñi ꝯtemplātur bonos ⁊ malos. lingua placabilis] id est. suauis eloquio erga ꝓximū. ⁊ oratōi intenta erga deū ad ip̄m placandū [lignuz vite] q̄a sicut ꝑ lignū vite ꝯtinuabitur vita corꝑalis. ita ꝑ talē linguā vita spūal' [Que aūt immoderata est]. s. ad loquendū. [ꝯteret spūm] q̄a in multiloq̄o nō deerit peccatum. [Domus iusti plurima fortitudo]. q̄a dñs ꝓtegit eā [et in fructibus]. i. in operibus [impij cōturbatio]. q̄a malꝰ nō pōt habere pacē ad ꝓximū. nec etiā ad seipsum [Labia sapientū disseminabunt scientiā] scz populū docendo [cor stultoꝝ dissimile erit]. s. cordi sapiētis ⁊ etiā sibiipsi. quia diuersis ⁊ varijs cogitationibꝰ agitatur. [victime impioꝝ abomīabiles dño]. sicut oblatio cayn. qꝛ fuit de alieno vel mala volūtate [vota iustoꝝ placabilia] sicut patet de abel. q̄a ad abel respexit dñs ⁊ ad munera eiꝰ [q̄ sequit̄ iusticiā] s̄m eā opando. [dileget̄ a dño] q̄ est regula iusticie

¶ Item alia epistola de pluribꝰ martyribꝰ. Prouer. x.

xpectatio iusto

e rum leticia. spes autez impiorum peribit. fortitudo simplicis via domini. et pauor his qui operantur malum.

Justus in eternũ nõ cõmouebitur impij aũt nõ habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapientiaz lingua prauorũ peribit. labia iusti considerãt placita. et os impioruz peruersa Simplicitas iustorũ diriget eos. et supplantatio peruersoꝝ vastabit illos. Justicia rectorũ liberabit eos. et in insidijs suis capiẽtur iusti. Just⁹ de angustia liberat⁹ est. vt traderetur impi⁹ ꝓ eo. Simulator ore decipit amicum suũ. iusti aũt liberabũtur scientia. In bonis iustoꝝ exaltabitur ciuitas. et ĩ perditione impioꝝ erit laudatio

Postilla

xpectatõ iustorũ

e leticia. spes aũt ꝛc. Añ initiũ illius lectiõis habet ĩ eodẽ ca. sic. Timor dñi apponet dies ⁊ anni impioꝝ breuiabũt Tũc statim sequit pñs epl'a [Expectatõ iustoꝝ leticia]. i. beatitudo eterna q̃ habz annexam leticiã [spes aũt impioꝝ peribit]. i. p̃sumptio eoꝝ ꝑibit Quia p̃sumũt habere beatitudinẽ sine meritis dicẽtes: Deꝰ non fecit nos ad dãnãdũ. sed ad saluandũ [fortitudo simplicis via dñi]. i. ei⁹ iusticia simplices ⁊ rectos p̃miando. [et pauor his q̃ opant malũ]. s. impios puniẽdo [Justus in eternũ nõ cõmouebit]. s. a stabilitate v̄tutis [impij aũt nõ habitabunt sup terrã] scz viuentiũ [os iusti ꝑturiet sapiẽtiam]. s. alios docẽdo [lingua prauoꝝ peribit] Unde diues epulo in inferno existens magis cruciabat in lingua q̃z ĩ alijs mẽbris. vt ptz Luc. xvj. [labia iusti ꝯsiderãt placita]. s. d̃o et hominib⁹. [⁊ os impioꝝ ꝑuersa]. i. blasphemias cõtra deũ. ⁊ iniurias ꝯ̃ ꝓximum [Simplicitas iustorũ]. s. qua ꝓcedũt in factis suis sine plica dolositatis [diriget eos] ad beatitudinẽ [et supplãtatio ꝑuersorũ] q̃ decipiũt simplices [vastabit illos]. in pena inferni. et etiã aliquãdo ꝓpter h̃ destruuntur in vita pñti [iusticia rectoruz liberabit eos]. s. a morte gehẽne [⁊ in insidijs suis capiẽtur iniqui]. Sicut iniq̃ iudices insidiãtes susanne fuerũt adiudicati morti. [Justus de angustia liberat⁹ est vt tradet impius ꝓ eo] q̃d patz de dauid iusto q̃ fuit in regno restitut⁹. ⁊ impi⁹ absolon cũ trib⁹ lanceis trãsfossus. vt ptz. ij. Reg. xviij [Simulator]. i. hypocrita q̃ simulat sanctitatem. [ore decipit amicũ suũ]. i. illũ a quo sperat ꝓmoueri cui adulat. [iusti aũt liberabũt] scz ab ista deceptiõe [sciẽtia]. s. q̃ discernit ĩter sanctitatẽ verã ⁊ fictã [in bonis iustorũ exaltabit ciuitas]. s. a deo. Sic ezechias orationib⁹ ⁊ lachrymis suis saluabit ciuitatẽ hierusalẽ a sennacherib. vt ptz. iiij. Reg. xix. Sil'r sanct⁹ basili⁹ ĩ nouo testamẽto orõe sua ciuitatẽ a iuliano apostata

¶ Item epistola de plurib⁹ martyribus. Hebre. xj.

Ancti per fidem

s vicerũt regna. operati sunt iusticiaz. adepti sunt repromissiões. Obturauerũt ora leonũ. extinxerũt impetũ ignis. effugauerũt aciẽ gladij. cõualuerũt de infirmitate. fortes facti sũt in bello. Castra verterũt exteroꝝ. acceperunt mulieres de resurrectõe mortuos suos. Alij aũt distẽti sũt nõ suscipientes redẽptionẽ vt meliorẽ inuenirẽt resurrectionez. Alij vero ludibria et verbera experti insuper et vincula et carceres. lapidati sunt. secti sunt. tẽptati sunt. in occisione gladij mortui sunt. Circũierũt ĩ melotis in pellib⁹ caprinis. Egẽtes angustiati. afflicti. quib⁹ dignus non erat mũd⁹ in solitudinib⁹ errãtes et in montib⁹ et spelũcis. et ĩ cauernis terre. Et hi oẽs testimonio fidei ꝓbati inuẽti sunt in christo Jesu domĩo nostro

Postilla

Ancti per fidem

vicerũt regna. opati ꝛc. In hac epistola cõmemorat apl's patientiaz

ꝙ passiones ꝙ victorias ꝙ fidē sanctoꝝ martyꝝ. cuiꝰ vtute patiētes fuerūt ꝙ victores extiterunt dicēs. Sancti p fidē vicerūt regā. sicut patet in martyrib⁹ q̄ vicerūt reges et pīsides. opati sunt iusticiā ꝙ adepti sunt repromissiōes. Ly. grē in vita. ꝙ glīe in patria. Obturauerūt ora leonū. sic legit de Daniele misso ī lacū leonū. Et de plurib⁹ martyrib⁹ ꝙ vginib⁹ legit in legēdis sanctoꝝ. q̄ fuerūt piecti añ leones ꝙ vrsos. ꝙ tñ manserunt illesi. extinxerūt impetū ignis. Sicut tres pueri missi a nabuchodonosoꝛ ī fornacem ignis. q̄b⁹ ignis nō nocuit. nec eos in aliquo ꝓtristauit. Sic'e etiā legit de plūbus sanctis martyrib⁹ ꝙ vginib⁹ in nouo testamēto. effugauerūt aciē gladij. i. exercituꝫ accinctū gladijs. vt dauid ꝙ multi alij reges ꝙ p̄ncipes diuino adiutoꝛio vicerūt exercitus magnos ꝙ fortes ī veteri ꝙ etiā in nouo testamēto. cōualuerūt de infirmitate. peroꝛōes ꝙ pniam. vt ezechias iob ꝙ thobias ꝛc Simile legit de sanctis noui testamenti q̄ multi infirmi sunt curati p oꝛōes sanctoꝝ. ꝙ p pniam. Fortes facti sunt in bello. Sic iosue ꝙ iudas machabe⁹ cū filijs suis q̄ fortiter bellādo obtinuerūt terras ꝙ ciuitates. Castra verterūt exteroꝝ. i. inimicoꝝ q̄s verterūt in fugā. acceperūt mulieres. id ē matres. de resurrectiōe mortuos suos. i. pueros suos resuscitatos sic p helīā ꝙ heliseum in veteri testamēto. Et etiā multi defuncti in nouo testamēto resuscitati sunt p christū ꝙ ap̄los ꝙ alios sanctos sicut ptz ī legēdis sanctoꝝ. alij aūt distēti sunt. scz in eculeo ꝙ alijs tormētis ppt fidē vnius veri dei. Nō suscipiētes redēptionē. i. nō accipiētes liberationē sicut sanct⁹ andreas q̄ ō cruce deponi noluit. et sic de alijs. vt meliorem inuenirēt resurrectiōz. vt q̄nto gliora sustinerēt p christo. tanto glorioſi⁹ coronarēt. Alij vo ludibria ꝙ verbera expti. in sup ꝙ vincula ꝙ carceres lapidati sūt. vt hieremias ꝙ zacharias filius ioiade. secti sūt. sicut esaias serra lignea ex iussu regis manasse. tēptati sunt. i. pmissionib⁹ psecutorum ꝙ blādimētis munerū vt a idolatriā inclinarēt. in occisione gladij mortui sūt. q̄a multi ī veteri testamēto nolētes cōsentire in idolatriā gladio pcussi sunt. Et oīa iā enumerata etiā in nouo testamēto sanctis martyrib⁹ ꝙ etiā vginib⁹ ꝓtigerūt ppter fidem dñi nostri iesu christi. Post Descendit ad heremitas ꝙ scōs q̄ nō effuderūt sanguinē suū ppter fidē catholicā. d. Circuierunt p deserta ꝙ p multa mūdi loca. ī melotis. Nota bene Nota bene Nota bene

magnū. et beatificauit illū in gl'ia. Fungi sacerdotio et habere laudē in noīe ipsi⁹. Et offerre illi incēsum dignū in odorē suauitatis

Ecce sacerdos magnus q̄ in ꝛc. Aū initiū illi⁹ lectōis habet sic. Enoch placuit d'o ⁊ trāslatus est in paradisum viu⁹. Ubi sciendū q̄ hic sub noīe enoch designat laus isti⁹ magni sacerdotis ⁊ epi. cui⁹ festū hodie ī ecclesia pagit. cū dicit. Ecce sacerdos magnus q̄ in dieb⁹ suis placuit deo ⁊ inuent⁹ est iustus. ⁊ in tpe iracūdie fact⁹ est recōciliatō id est. causa recōciliatiōis diuine. ⁊ nō est inuētus silis illi in gl'ia. s. in ope virtuoso. q̄ cōseruaret legē excelsi. s. legē naturalez mēti humane impssam. iō iureiurādo fec illū dn̄s crescere in plebē suā. Ly. B. pprie dictū est de abraā. vt habet Gen. xxij. p me metipsum iuraui dicit dn̄s. q̄a fecisti hanc rem ⁊ nō pepcisti vnigenito tuo ppter me bn̄dicā tibi ⁊ multiplicabo semen tuū sicut stellas celi. ⁊ sicut harenaz que est in littore maris ꝛc. Sz hic attribuit illi sancto cōfessori cui⁹ festū hodie pagim⁹. bn̄dictionez omniū gentiū dedit illi. i. dn̄s gratiosū eū fecit in cōspectu omniū gentiū inter q̄s habitauit. et testamentū suū. i. pactū. ꝯfirmauit sup caput ei⁹ cognouit euz in bn̄dictionibus suis. i. approbauit tanq̄z dignū suis bn̄dictionib⁹. ꝯseruauit illi misericordiam suā. ⁊ inuenit grām corā oculis dn̄i. magnificauit eū in ꝯspectu regū. ⁊ dedit illi coronā gl'ie. Statuit illi testamentū sempiternū. ⁊ dedit illi sacerdotiū magnū. id ē p̄ncipē sacerdotū. et beatificauit illū ī gloria. Fungi sacerdotio ⁊ habere laudē in nomine ipsi⁹ ⁊ offerre illi incensum dignū in odorē suauitatis.

¶ Item alia epl'a de vno cōfessore. Eccle. xlv.

Ilect⁹ deo et hominib⁹ cui⁹ memoria in benedictiōe est. Similē illum fecit in gl'iam sanctoꝝ et magnificauit eū in timore inimicorū. et in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit illū ī cōspectu regū et iussit illi corā populo suo et ostēdit illi gloriam suā in fide et lenitate ipsius sanctū fecit illū. et elegit euz ex omni carne. Audiuit eī eū et vocē ipsi⁹. et induxit illū in nube. Et dedit illi cor ad precepta et legē vite et discipline.

Ilect⁹ deo et hominibus ꝛc. In verbis hui⁹ lectōnis quo ad lrām cōmendat⁹ est moyses. q̄a a puericia sic fuit gratiosus vt esset diligibilis omnib⁹. ppter q̄d filia regis in puericia ipsius eā in filiuz adoptauit. vt habet Exo. ij. Et hic sub nomīe ipsi⁹ moysi designat laus isti⁹ sancti cōfessoris. cui⁹ festum hodie in eccīa pagitur. cū dicit. Dilectus deo ⁊ hominib⁹ cui⁹ memoria ī bn̄dictione est. Ly. i. in omni bono. Silem illum fecit in gloria sanctoꝝ. s. videndo diuinā essentiā. sicut dicit augustin⁹ ad paulinum de vidēdo deū. et magnificauit euz in timore inimicoꝝ. i. egiptioꝝ inter q̄s fuit magn⁹ valde. et in verbis suis monstra placauit. quia plage egypti mōstruose cessauerūt ad eius orōem. glorificauit illum in conspectu regū. s. pharaonis regis egypti. et Seon ⁊ Og. vt habet Nu. xx. et iussit illi coram populo suo. s. in mōte synai. vbi populus loquentē audiuit. vt habetur Exo. xx. et ostendit illi gl'iam suā. s. in visione p essentiā. in fide. i. in fidelitate. fuit eī valde fidelis. ⁊ lenitate ipsius. Unde dicitur Nume. xij. Erat enī moyses vir mitissimus sup omnes homines q̄ morabātur ī terra. sanctū fecit illum. id est. munduz et firmū. et elegit eū ex omni carne. scilicz ad educendū filios israel de egypto. et vt esset legislator veteris testamenti. Audiuit enī eum ⁊ vocē ipsius. scz deprecantē pro relaxatione peccati israel in fabricatione vituli vt patet Exo. xxxij. et induxit illum ī nube.

et dedit illi cor ad p̄cepta ⌋.s.dei ope adim-
plenda et alijs dicenda ⌊ et legem vite et di
scipline.

¶ Item alia epl'a de vno confesso
re. Sapie. x.

Vstum deduxit

i dominus per vias rectas.
et ostendit illi regnum dei.
et dedit illi scientiam sanctoꝝ. Ho
nestauit illum in laboribus et com
pleuit labores illius. In fraude cir
cumuenientiū illi affuit et honestū
fecit illum. Custodiuit eum ab ini
micis et a seductoribus tutauit eū
Et certamen forte dedit illi vt vin
ceret et sciret quoniam omniū po
tentior est sapientia. Hec venditus
iustum non dereliquit. sed a pecca
toribus liberauit euꝫ. Descenditqꝫ
cum illo in foueā. et in vinculis nō
dereliquit eum. donec afferret illi
sceptrum regni et potentiaꝫ aduer
sus eos qui eum deprimebant. Et
mēdaces ostēdit qui maculauerūt
illū. et dedit illi claritatē eternā do
minus deus noster

Vstum deduxit

domin⁹ per vias ꝛc. In v̄bis hui⁹
lectionis cōmendatus est Iacob
pater filiorū israel. qui iustus fuit et in me-
sopotamiā iuit fugiens irā fratris sui esau
vt habetur Geñ. xxvij. Et hic sub nomīe ia
cob designatur laus isti⁹ sancti cōfessoris.
cuius festū hodie celebrat̄. cuꝫ dicitur. ⌊ Iu
stum deduxit dñs per vias rectas. et osten
dit illi regnū dei ⌋.s. quādo vidit scalam cu
ius summitas tāgebat celum. et dominuꝫ
innixū scale. vt patet Geñ. xxviij. Tunc enī
habuit reuelationē de superna hierusalez.
Idcirco euigilās dixit. Nō est hic aliud ni
si dom⁹ dei ⁊ porta celi ⌊ et dedit illi scienti-
am sanctoꝝ ⌋.i. noticiā de sanctis angel' q̄s
vidit ascendētes ⁊ descendētes per illaꝫ sca
lam ⌊ honestauit illuꝫ in laboribus ⌋.id est.
reddidit eum diuitē et inclitū pro laborib⁹
suis in custodiēdis ouibus laban auuncu
li sui. vt patet Geñ. xxx. Ditatus est hō ille
vltra modū ꝛc. ⌊ et cōpleuit labores illius ⌋
quando d̄o ꝓtegente recessit de mesopota-
mia cuꝫ vxoribus ⁊ liberis et diuitijs suis.
⌊ ī fraude circūuenientiū ⌋.i. laban ⁊ filiorū
suoꝝ qui nitebant̄ eum decipe mutādo fre
quenter mercedē suā. vt patet Genes. xxxj.
⌊ illi affuit ⌋ multiplicando greges que s̄m
pactū debebāt cedere in mercedē iacob ⌊ et
honestum fecit eū ⌋ ditando eū temp̄alibus
et spiritualibus diuitijs. ⌊ et custodiuit euꝫ
ab inimicis ⁊ a seductorib⁹ tutauit illum ⌋
id est. a laban ⁊ ei⁹ filijs insequētib⁹ iacob
recedentē ad spoliandū eum. vt habet̄ Ge
nes. xxxj. ⌊ et certamen forte dedit illi ⌋.s. cuꝫ
angelo luctāti. vt habet̄ Geñ. xxxij. ⌊ vt vin
ceret ⁊ sciret quoniā omniū potentiorē sa-
pientia ⌋.s. Esau fratrem suū proprium sibi
aduersantē. ad hoc enī fuit illa luctatio. vt
iacob assecuraret̄ de victoria contra Esau
quē nimis timebat. Idcirco dixit sibi ange
lus. si cōtra deū fortis fuisti. quāto magis
contra homines p̄ualebis. Post hoc poni
tur aliud exemplū de Ioseph quē vendide
runt fratres sui hismahelitis dicēs ⌊ hec vē
ditum iustum ⌋.s. Ioseph ⌊ non dereliquit.
sed a peccatoribus liberauit eum ⌋.id est. a
fratribus suis eū occidere volentibus ⌊ de-
scenditqꝫ cum illo in foueā ⌋.id est. in carce
rem regis egypti. vt patet Geñ. xxxix. Und̄
dicitur ibidem. fuit aūt domin⁹ cuꝫ ioseph
deditqꝫ ei gratiam in conspectu principis
carceris ⌊ et in vinculis non dereliq̄t eum.
donec afferret illi sceptruꝫ regni ⌋.id est. do
minationē in regno egypti post regem im-
mediate. vt patet Geñ. xlj. ⌊ et potentiā ad-
uersus eos qui eū deprimebant ⌋.scꝫ super
putefar ⁊ vxorem eius quibus superior fa
ctus fuit ⌊ et mendaces ostendit. q̄ macula
uerunt illū ⌋.s. imponēdo sibi iniuste adul-
terium. Nā malicia mulieris fuit detecta.
⌊ et dedit illi claritatē eternā ⌋.s. bone fame.
q̄ manet adhuc ⁊ manebit vsqꝫ ī finē ⌊ dñs
deus noster ⌋

¶ Item alia epistola de vno cõfessore. Sapie. vii.

Optaui et datꝰ est

o mihi sensus et inuocaui et venit in me spūs sapientie Et preposui illam regnis et sedibꝰ et diuitias nihil esse dixi in comparatione illi. Nec cõparaui illi lapidem pretiosum. quoniã omne aurum in cõparatione illiꝰ arena est exigua et tanquã lutũ estimabitur argentũ in cõspectu illi. Super salutem et spẽm dilexi illaz et ꝓposui ꝓ luce habere illam. quoniã inextinguibile est lumẽ illius. Venerũt autẽ mihi omia bona pariter cum illa. et innumerabilis honestas per manꝰ illius. Et letatꝰ sum in oibꝰ. quoniã antecedebat me ista sapia et ignorabam quoniã horꝝ omniũ mater est. Quã sine fictione didici et sine inuidia cõmunico et honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus quo qui vsi sunt. participes facti sunt amicicie dei

Optaui et datꝰ est

mihi sensus ꝛc. Ad initiũ illiꝰ lectionis dicit rex salomon sic. Nemo ex regibus aliud habuit natiuitatis initiũ Unus ergo introitꝰ est omnibꝰ ad vitam ⁊ similis exitꝰ. Cũ sequit ꝑsens lectio. Salomon desiderauit a deo sibi dari sapiẽtiã. dicens. ¶ Optaui ¶ scz sapiẽtie donũ. ¶ et datus est mihi sensus ¶ i. donũ sapiẽtie ⁊ itellectus ¶ ⁊ inuocaui ⁊ venit in me spūs sapientie ¶ i. spūssanctꝰ qui dat sapiam ¶ ⁊ ꝓposui illam regnis ⁊ sedibus. et diuitias nihil esse dixi in cõparatione illiꝰ. Nec cõparaui illi lapidem ꝑciosum. quoniã omne aurum in cõparatiõe illiꝰ arena est exigua. ⁊ tanqz lutũ estimabit argentũ in conspectu illius ¶. ⁊ ratio est. Quia diuitie temporales cõmunes sunt bonis ⁊ malis. et frequẽter cõcedunt malis plus qz bonis. vt patet ad sensum. Sapiẽtia aũt vã de qua fit hic sermo solis bonis cõcedit. Ideo bona exteriora respectu ipsiꝰ vere sapiẽtie nullius valoris sunt reputãda ¶ sup salutẽ ⁊ speciẽ ¶ i. super sanitatẽ corꝑis ⁊ eius pulcritudinem. ¶ dilexi illã ¶ quia sanitas ⁊ pulcritudo sũt ꝑfectiones corꝑis. Sapiẽtia vo ꝑfectio est mentis. ⁊ ideo quãto anima est melior corpore. tanto sapiẽtia est illis ꝑferenda. ¶ et ꝓposui ꝓ luce habere illã ¶ quia sicut lux corporalis dirigit in corꝑalib. sic sapientia in spũalib. ¶ quoniã inextinguibile est lumẽ illius. venerũt autẽ mihi omia bona pariter cum illa ¶ qđ patet. iij. Reg. iij. vbi dicit qđ salomon petendo sapientiã a dño. nõ solũ illam obtinuit. sed etiã cũ illa diuitias et honores sup omnes reges ¶ et innumerabilis honestas ꝑ manus illius ¶ i. ꝓpa ipsius qz ꝑ manus designant eo qđ manus ẽ organũ organorum. vt patet. iij. libro. de anima ¶ et letatus sum in omnibꝰ. quoniã antecedebat me ista sapiẽtia ¶ ostendẽdo mihi qualiter agere deberẽ ¶ et ignorabã ¶ i. anteqm ipsam haberẽ ¶ quoniã horꝝ omniũ mater est ¶ sed ipsa habita cognoui ¶ quã sine ficti one didici ¶ i. a deo a quo ipsaz deuote postulaui. vt patz. iij. Reg. iij. et a nathan ꝓpheta cui fuit traditꝰ ad erudiendũ ¶ et sine iuidia cõmunico ¶ verbo vel scripto. Scripsit enĩ multos libros ad nostrã eruditiõz ¶ ⁊ honestatẽ illiꝰ nõ abscõdo ¶ Nã omnes reges circũquaqz desiderabãt audire sapientiã salomonis ¶ infinitꝰ enĩ thesaurꝰ ẽ hominibꝰ ¶ i. inaꝑciabilis ¶ quo qđ vsi sunt ¶ opa sapiẽtis exercendo ¶ ꝑticipes facti sunt amicicie dei ¶ i. tanqz ꝓformes ei in opibus suis. que cõformitas causa est dilectõis. vt patet Eccli. xiij. Omne animal diligit sibi simile.

¶ Epistola de vno cõfessore et põtifice. ad Hebre. v.

Omnis nãqz põti

o fex ex hominibꝰ assumptus ꝓ hominibꝰ cõstituitur in

his que sunt ad deuz vt offerat do
na et sacrificia ꝓ pctis. Qui cōdo
lere possit his qui ignorāt et errāt
quoniā et ipse circūdatus est infir
mitate et ꝓpterea debet quēadmo
dum ꝓ populo. ita etiaz et ꝓ semet
ipso offerre dona ꝓ pctis. nec quis
quā sibi assumat honorē. sz qui vo
catur a deo tanquā aaron. Sic et
christꝰ nō semetipsum clarificauit
vt pōtifex fieret. sz qui locutꝰ est ad
eum. Filiꝰ meus es tu. ego hodie
genui te Quēadmodū et in alio lo
co dicit. Tu es sacerdos in eternū
scdm ordinē melchisedech

Rnis nāqz pōti
fex ex hoībꝰ ꝛc. Añ initiū illiꝰ epl'e
scribit sanctus paulꝰ dicēs. Non
enī habemus pontificē qui nō possit cōpa
ti infirmitatibus nostris tēptatū aūt ꝑ oīa
Adeamus ergo cū fiducia ad thronū gra
tie eius vt misericordiā ꝯsequamur ⁊ gr̄tiā
inueniamus. Tunc sequit̄ pñs epl'a [Om
nis nāqz pontifex] Glo. ꝑm legē [ex homi
nibus] .i. de numero hominū [assumptꝰ]
nō introductus [ꝓ hominibꝰ] .s. saluādis
[constituit̄] vt ꝑ eū a deo impetrēt miseri
cordiā. debet enī esse mediator dei et hoīuz.
[in his que sunt ad deū] Ly. in spūalibus
⁊ diuinis [vt offerat dona] .i. volūtarie ob
lata nō violēter extorta [et sacrificia ꝓ pec
catis] .s. populi [q̄ condolere possit his q̄
ignorant ⁊ errāt] .i. qui peccāt ex infirmita
te [quoniā ⁊ ipse] .s. pontifex [circūdatꝰ est
infirmitate] Ly. debet enī pontifex moueri
ad cōpassionē ⁊ misericordiā ex cōsiderati
one ꝓprie fragilitatis. Unde ⁊ dñs ꝑmisit
beatum Petrū in peccatū cadere vt sciret
alijs cōpati ex ꝯsideratiōe ꝓprij delicti [⁊ ꝓ
ꝓterea] scz quia infirmus est ⁊ miserijs cir
cūdatus [debet quēadmodū ꝓ populo] si
bi subdito [ita etiā et pro semetipso offerre
dona ꝓ peccatis] .s. suis dimittendis sicut
et ꝓ peccatis populi [nec quisquā sibi assu
mat honorem] scz pontificatꝰ [sed q̄ voca
tur a deo tanq̄z aaron] ille enī a deo voca
tur qui debito modo instituitur [Sicut ⁊
christus nō semetipsum clarificauit ita vt
pontifex fieret] .scz assumendo sibi honorē
pontificatus [sed qui locutus est ad euz] .
scz pater qui clarificauit ipm filium dicēs.
[Filius meus] .s. naturalis non adoptiuꝰ
[es tu] singulariter [ego hodie] .i. in eterni
tate [genui te] ille qui sic locutus est ad eū
clarificauit eum [quēadmodū ⁊ in alio lo
co dicit] scz in psal. cix. [Tu es sacerdos in
eternum] non ad tempus sicut aaron [ꝑm
ordinem melchisedech] .id est ꝑm dignita
tem ⁊ ritum ordinis sacerdotalis melchise
dech.

¶ Sequūtur nūc vlteriꝰ epistole
de virginibꝰ .ij. Cor. x. et. xj.

Vi gl̄iatur ī do
q mino glorietur. Non enim
qui seipsum cōmēdat ille ꝓ
batus est. sz quē deus commendat
Hic incipit. xj. capi. Utinā sustine
retis modicū quid insipiētie mee.
sed et supportate me. Emulor eniz
vos dei emulatiōe. Despōdi enim
vos vni viro virginē castam exhi
bere christo.

Vi gloriatur in
domino glorieť ꝛc. Ante initiū il
lius epl'e scribit sanctꝰ paulꝰ in eo
dem capl'o dicēs. Nō audemꝰ nos insere
re aut cōpare q̄busdā q̄ seipsos cōmendāt
Tūc sequit̄ pñs epl'a [Fratres. Qui gloria
tur] gor. siue ego siue aliꝰ [in dño glorieť] .
Ly. q. d. de bono ope non mihi gl̄iam attri
buo. sed deo a quo omne bonū est sic a ꝑn
cipali agēte [nō enī q̄ seipsum cōmendat] .
scz ꝓpriā gl̄iam querēs. [ille ꝓbatus est] .i.
approbatus a dō [sed quē deus cōmēdat]
Ly. id est. cōmendabilē facit v̄tutibꝰ. [Hic
incipit. xj. capi. Utinā sustineretis modicū
quid insipiētie mee] Gor. q̄ modicū glori
arer de regimine meo. q̄a reuera plus pos
sem gloriari q̄d tamē ꝑm estimationē indi

scretoꝝ reputat̃ insipientia [sed et supporta te me] Gor. id est. patienter audite sicut sb̃ diti prelatũ suũ [Emulor enĩ vos] Ly. id ẽ. feruenter diligo [dei emulatione] .i. charitatiua dilectione [desponsi enĩ vos] .scz annulo fidei [vni viro] scz christo [virginez]. Ly. quantũ ad fidei integritatẽ [castã] q̃ntum ad vite puritatẽ [exhibere christo] qui solus est spõsus eccĩe.

Alia epistola de virginibus .i. Corinth. vij.

E uirginibus pre

D ceptum nõ habeo cõsilium aũt do tanquã misericordiam cõsecutus a deo vt sim fidelis Existimo enĩ hoc bonũ esse ꝓpter instantẽ necessitatẽ. quoniaz homini bonũ est sic esse. Alligat⁹ es vxori. noli querere solutionẽ. Solutus es ab vxore. noli querere vxorem. Si aũt acceperis vxorẽ nõ peccasti. Et si nupserit virgo non peccauit. Tribulationẽ tamẽ carnis habebunt hmõi. Ego aũt vobis parco. Hoc itaqz dico frẽs. tẽp⁹ breue est. Reliquũ est. vt et qui habẽt vxores tanquã nõ habẽtes sint. et q̃ flent tanquã nõ flẽtes. et qui gaudent tanquã non gaudẽtes. et qui emũt tãquã nõ possidentes. et qui vtũtur hoc mũdo tãquã nõ vtantur. Preterit enĩ figura hui⁹ mũdi. Volo aũt vos sine solicitudine eẽ. Qui aũt sine vxore est solicitus est que domini sunt quõ placeat deo. Qui aũt cũ vxore est solicit⁹ ẽ que sunt mũdi quõ placeat vxori. et diuisus ẽ. Et mulier ĩnupta et virgo cogitat q̃ domĩ sũt. vt sit scã corpore et spũ ĩ christo iesu dño nostro.

E uirginibus pre

D ceptũ nõ habeo ꝛc̃. Añ initiũ illi⁹ epl̃e scribit sanct⁹ paul⁹ ĩ eodẽ ca. Sanctificat⁹ ẽ vir infidelis ꝑ mulierẽ fidelem. Tũc sequit̃ pñs epl̃a q̃ legit̃ in missa d̃ virginibus [Fratres] De virginib⁹ p̃ceptũ non habeo] Gor. s. vt contineant vel vt nubant [consiliũ autẽ do]. Ly. tanq̃z de meliori bono scz de ꝯtinẽdo [tanq̃z misericordiam ꝯsecut⁹ a deo] Gor. i. apostolatuz mihi misericorditer cõcessum [vt sim fidelis] in dispensatiõe mihi credita. vnde credendũ est mihi in ꝯsilijs. vñ ex hoc habet̃ q̃ acquiescendũ est consilio p̃lati [existimo enim h̃ esse bonum] Gor. scz manere in virginitate [propter instantẽ necessitatẽ. quoniã homini bonũ est sic esse] Ly. scz ad vitandum occupationẽ circa necessaria vite presentis que incumbit cõiugatis circa prouisionez vxoris et prolis per quã homo retrahitur a bono cõtemplationis ⁊ diuine dilectõis [alligat⁹ es vxori. noli querere solutionẽ] Ly. quia forsitan caderes per incõtinentiã Experti enim delectationẽ venereorum in actu cõiugali. reuertũtur ad eã de facili [solutus es ab vxore. noli querere vxorem] si vis continere qd̃ maius est bonũ. [si autez acceperis vxorem. non peccasti] Ly. qr hoc est licitum viro et etiã mulieri. [et si nupserit virgo non peccauit]. et hoc manifeste ẽ contra illos hereticos qui cõdemnant matrimoniũ. [tribulationez tamen carnis habebunt huiusmodi] Gor. scz coniugati. qr habebunt solicitudinẽ et afflictionẽ pro rebus necessarijs procurandis. et sibi et pueris suis. Unde leuius est esse sine coniugio [ego autẽ vobis parco]. Ly. quasi diceret. non solum ostendã vobis viã perfectionis que difficilis est in obseruantia v̄ginitatis sed etiã matrimoniuz concedo. ad quod licite potestis accedere cõdescendendo in h̃ infirmitati vestre. [hoc itaqz dico fratres. tempus est] Lyra. scz vite humane. ergo q̃libet debet inquantum potest ad perfectõnem conari q̃z diu habet tempus merendi [Reliquum est] id est. hoc soluz restat ad agendum [vt qui habent vxores. tanquã non habentes sint]. Ly. q̃d fit dupl̃r. Uno modo vt reddãt debitum nõ tamẽ exigãt

Alio mō pfectus. vt vterqz ꝓiugū de communi cōsensu incipiāt cōtinere ppter maius bonū adipiscendū. ⁊ q̄ flent .i. tristicie materiā habēt qđ frequētius cōtingit i matrimonio. ppter varios casus ꝓtingentes circa ꝓlē et familiā ⁊ tanq̄z non flentes .s. patiēter sustinēdo. et exspē retributionis eterne cōsolationē recipiendo ⁊ qui gaudēt .i. materiā gaudēdi habent ex aliqua tali psperitate circa se et plē vel familiā ꝓtingentē ⁊ tanq̄z nō gaudētes cogitando q̄ nō est multū gaudēdū nisi de bonis spūalib⁹ ⁊ eternis. Prosperitas enī tē porālis frequēter vergit magis i nocumētum. ⁊ qui emūt tanq̄z nō possidētes .ly. cogitando q̄ nō habem⁹ hic manentē ciuitatem. sed futurā inq̄ramus ⁊ q̄ vtunt̄ hm̄ mūdo .ly. i. qui pñt vti bonis hui⁹ mūdi eo q̄ sunt diuites ⁊ corpe sani ⁊ tanq̄z ñ vtātur .s. accipiendo de bonis pñtib⁹ quāto minus potest fieri. salua tñ decētia status ⁊ psonarū ⁊ pterit enī figura huius mūdi quasi diceret mūdana quasi nihil estimanda sunt. q̄a pterit figura hui⁹ mūdi. ly. i. exterior pulcritudo que est in cōtinua variabilitate. idcirco parū curandū est de bonis pñtis vite. quia nihil est stabile ⁊ volo autem vos sine solicitudine esse .ly. loquendo de solicitudine superflua spūalia impediente ⁊ qui autez sine vxore est solicitus est q̄ domini sunt quomodo placeat deo .id est habet aptitudinē vt sit solicit⁹ de bonis spiritualibus ⁊ eternis ⁊ q̄ autē cum vxore ē. scz in matrimonio ⁊ solicitus est q̄ sunt mūdi. quomodo placeat vxori .et in hoc casu vir potest se solicite ornare ⁊ et diuisus est .id est. ptim seruiens mūdo. et ptim deo q̄ntumcunq̄z bene viuat in matrimonio. ⁊ et mulier innupta .id est. vidua ⁊ et virgo cogitat .id est. maiorē facultatē habet cogitādi ⁊ que domini sunt .scz spūalia et eterna. ⁊ vt sit sancta .s. magis q̄z nupta ⁊ corpe .i. corpalibus bonis actionibus et operibus bonis ⁊ et spiritu .id est. spiritualibus actōnibus ⁊ virtutibus. ⁊ in christo iesu domino nostro

Item alia epistola de virginib⁹ Eccle. lj.

Confitebor tibi

domīe rex et collaudabo te deū saluatorem meum. Cōfitebor nomini tuo quoniaz adiutor et ꝓtector factus es mihi. et liberasti corpus meū a perditione. a laqueo lingue iniq̄. et a labijs operantium mendaciuz. Et in conspectu astantiū fact⁹ es mihi adiutor. Et liberasti me scōm multitudinē misericordie nois tui a rugientib⁹ ꝓparatis ad escā. de manib⁹ querentium animā meā. et de portis tribulationū que circūdederūt me a pressura flāme. que circumdedit me. et i medio ignis nō sū estuat⁹. De altitudine vētris inferi et a lingua coinquinata. et a verbo mēdacij. a rege iniquo et a lingua iniusta liberasti me

Postilla

Confitebor tibi

domine rex ⁊ collaudabo ⁊c. In te initium illi⁹ lectōnis habetur sic. Doctrinā sapiētie et disciplīe scripsit i codice isto Jesus filius syrach hierosolimita. Beatus qui versat in istis bonis. q̄ ponit illa in corde suo sapiēs erit. Tunc sequitur lectio pñs que legitur ꝑ epistola i missa de virginibus. Confitebor tibi domīe ⁊ Lyra. omniū rerū per creationē ⁊ rex ⁊ per eorū gubernationē ⁊ et collaudabo te deus saluatorē meū ⁊ ꝓ specialē mei protectionē. ⁊ Cōfitebor nomini tuo ⁊ scz confessiōe laudis ⁊ quoniā adiutor ⁊ protector factus es mihi ⁊ scz protector in temptatiōe diaboli ⁊ adiutor in promotione boni. ⁊ et liberasti corp⁹ meū a pditiōe .i. a vicio gule ⁊ luxurie ⁊ a laqueo lingue iniq̄ .i. a vicio ꝫtractionis ⁊ a labijs opantiū mendaciū .s. pniciosuz ⁊ i ꝓspectu astātiū .s. angl'oz q̄ tibi astāt ⁊ fact⁹ es mihi adiutor ⁊ cōtra hostes

corpales ⁊ spūales | et liberasti me ꝑm mul-
titudinem misericordie nomis tui a rugiē-
tibus ꝑparatis ad escam. de manibus que
rentiū animā meā | .quia diabolus tanq̄z
leo rugiens circūit querēs quez deuoret..
Pet.v. | et de portis tribulationuz que cir
cumdederūt me. a ꝑssura flāme | .s. incensi-
uarum libidinis | que circūdedit me | scz ꝑ
fomitem existentē in carne mea. | ⁊ ī medio
ignis | .s. libidinosi ardoris | non sum estu-
atus. De altitudine | .i. ꝓfunditate | vētris
inferi | scz in qua ꝑte sunt damnati. Sz ad
limbū patrꝝ descendebāt tūc sancti | ⁊ a lin-
gua coinquinata | .i. verbis scurrilibus ⁊ ī
mūdis | et a verbo mendacij | scz pernicio-
si | a rege iniquo | id est. a diabolo qui ē rex
sup omēs filios supbie | et a lingua īiusta |
id est calumniante alios sine causa | libera
sti me | ꝑm multitudinem misericordie no
minis tui.

¶ Alia epistola de virginib⁹. Sa
pientie. viij.

Sapientia uincit

s maliciam. Attingit ergo a
fine vsqz ad finem fortiter
et disponit omnia suauiter. Hanc
amaui et exquisiui eam a iuuētute
mea. et quesiui mihi eā sponsaz as-
sumere. et amator factus sū forme
illi⁹. generositatem illius glorificat
contuberniū habens dei. Sz et do
minus omnium dilexit eam. Do-
ctrix est enim discipline dei. et ele-
ctrix operū illi⁹

Sapientia uincit

s maliciā. Attingit ꝛc. Añ initiuz
illius epl'e siue lectiōis scribit sa-
lomon sic. Neminē enī diligit de⁹ nisi eū q̄
cum sapiētia inhabitat ꝛc. Tūc sequit' pñs
lectio | Sapiētia | .s. eterna | vincit maliciā
Attingit ergo a fine vsqz ad finez fortiter |.
scz omnia creata penetrando sua v̄tute | et
disponit oīa suauiter | q̄a dat omnib⁹ crea
turis formas ⁊ inclinatōes ꝑ quas mouēt
naturaliter actus suos. Sicut lapidi gra-
uitatē ꝑ quaz naturaliter tendit deorsum.
| hāc amaui | .s. singulariter | et equisiui eā
a iuuētute mea | .s. petēdo eā a d̄o mihi da-
ri | et quesiui mihi eā spōsam assumere | .i.
eius meditatiōib⁹ inseparabilit' adherere | ⁊
amator fact⁹ sum forme illi⁹ |. Est eī decor
anime assimilās eā decori creatoris | gene-
rositatē illi⁹ glīficat | .i. gloriosam ꝯfitetur.
| cōtuberniū habēs dei | .i. hō habens cōtu
berniū dei ꝑ charitatē ꝑ quam hō manet ī
deo ⁊ de⁹ in eo | sed ⁊ dñs oīm dilexit eā | .s.
inquātū ipsa facit homīes deo diligibiles.
| doctrix est eī discipline dei |. Nā donū sa-
piētie facit habētē subdere mādatis diuīs.
| ⁊ electrix operꝝ illi⁹ | Nā ꝑ ipam eligit hō
opa deo placita

¶ Alia epl'a que legitur ī missis cō
munib⁹ ꝓ defunctis. Apoc. xiiij.

In dieb⁹ illis. Audiui

vocē de celo dicentē mihi. Scribe.
Beati mortui qui ī domīo moriū-
tur. Amodo iā dicit spūs vt requi
escāt a laborib⁹ suis. opera eī illorū
sequuntur illos

In dieb⁹ illis. Audiui

vocem de celo dicentē mihi Scribe | tanq̄z
rem nobilissimā | Beati mortui q̄ in domi
no moriunt' | Ly. i. in cōfessione dñi nostri
iesu xp̄i | Amodo iā dic' spūs | .s. sctūs q̄ cū
patre ⁊ filio est vn⁹ de⁹ | vt req̄escāt a labo
ribus suis | nā in beatitudine appetit⁹ tota
liter q̄etabit' | opa eī illoꝝ | .s. q̄ sūt meritoria
vite eterne | sequunt' illos | .s. in beatitudine
quā recipiūt ꝑ ipsis

¶ Sequitur alia epl'a que legitur ī
presentia defuncti. j. ad Thes. iiij.

Olumus autem

n vos ignorare frēs de dor
mientibus vt non contri
stemini sicut et ceteri q̄ spez
non habent. Si enim credimus
q̄ iesus mortu⁹ est et resurrexit. ita

et deus eos qui dormierũt per ie sum adducet cũ eo. Hoc enĩ vobis dicim⁹ in verbo domini. quia nos qui viuim⁹ qui residui sum⁹ in ad uentu domini nõ preueniem⁹ eos qui dormierũt. Quoniã ipse domi nus ĩ iussu et in voce archangeli et in tuba dei descẽdet ỗ celo et mor tui qui in christo sũt resurgent pri mi. Deinde nos qui viuim⁹ qui re linquimur simul rapiemur cũ illis in nubib⁹ obuiaz christo in aera et sic semper cum domino erimus. Itaqz consolamini inuicem ĩ ver bis istis.

Olum⁹ aũt uos

n ignorare fratres ẽ. Aũ initiũ illi us epl'e scribit sanct⁹ paul⁹ ĩ eodẽ capl'o dicẽs: Rogam⁹ vos frẽs vt honeste ambuletis ad eos q̃ foris sunt ⁊ nullius ali quid desideretis. Tũc statim sequit epl'a p̃ sens. Nolum⁹ vos ignorare fratres ỗ dor mientib⁹ Gor. i. de mortuis quos dormi entes appellat ppter resurrectõis facultatẽ ita enĩ de facili excitabunt de morte sic dor mientes a somno vt nõ ꝓtristemini incõ solabiliter ỗ morte amicorũ sicut ⁊ ceteri scz infideles qui spem nõ habent .s. resur rectionis future. Sciendũ q̃ infideles qui nõ habẽt fidẽ resurrectõis. tales habẽt ma gnam causam amicos defunctos lugendi quasi incõsolabiliter. non aũt sic christiani qui habẽt spem resurgẽdi. ppter qỗ repẽhẽ sibile est christianis immoderate mortuos lugere. quia in hoc assimilãtur infidelibus spem future resurrectõis non habentibus Lugere aũt defunctos moderate est op⁹ pietatis. Si enĩ credim⁹ q̃ iesus mortuus est ⁊ resurrexit Si ꝑ quia Nã ad articlos fidei ptinet credere iesum vere mortuuz fu isse ⁊ vere resurrexisse. ita ⁊ deus .s. pater qui suscitauit iesum eos qui dormierũt. scz somno mortis per iesum .id est. ĩ fide iesu christi adducet .scz vt sint in eadez be atitudine ⁊ immortalitate cum eo .id est. cum christo. Vnde Joh. xij. volo pater vt vbi ego sum. illic sit ⁊ minister me⁹. Hoc eĩ vobis dicim⁹ in verbo dñi scz quod docu it nos quia nos qui viuimus Gor. id est qui tũc viuemus qui residui sumus .scz adhuc viui relicti ceteris iam mortuis in aduentu domini .scz ad iudiciũ non pue niemus .v. in resurrectiõe futura eos q̃ dormierunt .id est. longo tempe ante mor tui sunt. quia resurrectio fiet virtute diuina que opatur in instãti. quia in momẽto in ictu oculi resurgẽt mortui quoniã ipe do minus .scz in ꝓpria ꝑsona in iussu Gor. id est. imperãdi potestate. non in humilita te sicut in ꝓmo aduentu Non equitabit su per asinã. non portabit crucẽ in dorso suo. vt patet Matth. xxiij. Videbũt filium do minis venientẽ cũ potestate magna et ma iestate. ⁊ in voce archangeli .i. facta mini sterio alicui⁹ archangeli q̃ dicet. Surgite mortui venite ad iudiciũ et in tuba dei .i. christi. Et vocat vocẽ illã tubã ppter sonuz eius terribilem. descendet de celo .i. locali ter in aere Nam iudicabit in forma huma na. sicut dicitur Actu. i. Sic iesus q̃ assum ptus est a vobis in celũ. sic veniet quemad modũ vidistis eũ euntẽ in celũ ⁊ mortui q̃ in christo sunt .i. in ei⁹ fide mortui. resur gent ꝓmi .i. pe ꝑm quosdã. ꝑm alios nõ ꝑpe. sed dignitate deinde nos q̃ viuim⁹ Gor. id est. illi de nobis q̃ ceteris mortuis tũc vi ui erũt q̃ relinq̃mur .i. qui residui ab anti christi ꝓsecutionib⁹ erim⁹ simul cũ illis qui nos ad requiẽ ꝓcesserũt rapiemur in nubib⁹ .scz ab angelis obuiã christo .v. id est. veniẽti ad iudiciũ in aera vbi ꝓfert sententiã iudicij sup vallẽ ioſaphat. Unde ioel. iij. Cõgregabo omnes gẽtes et deducam eas in vallẽ ioſaphat. q̃ ibi sedebo vt iudicem omẽs gentes et sic semp cũ dño erimus quia electi a christo non sepabũt amplius. sed semp erunt sibi coniũcti. non solum in aĩa. sed etiã in corpe. Itaqz ꝓsolamini Glo. ordi. .s. de morte aiaꝝ inuicez .scz alter ad alterũ in vbis istis .s. de resur rectione fidelium.

Sequitur alia epistola in anniuersario defunctoꝝ. ij. Mach. xij.

In diebus illis. uir fortissimꝰ iudas facta collatione duodecim milia dragmas argēti misit hierosolimā offerri ea pro peccatis mortuoꝝ iuste et religiose de resurrectione cogitās. Nisi enī eos qui ceciderāt resurrecturos speraret superfluū videretur et vanū orare ꝓ mortuis. Et qꝛ considerabat q; hi qui cū pietate dormitionē acceperant. optimā haberēt repositā gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluātur

In diebus illis. uir fortissimꝰ iudas ꝛc. Aū initiū illiꝰ epl'e legitur de maximis prelijs ⁊ triūphis q̄ iudas machabeus cū fratribꝰ suis dei adiutorio obtinuit. Primo quandā ciuitatē firmā muris. nomīe casphym in qua habitabāt turbe ꝓmiscuarū gentiū q̄ cōfidebāt in stabilitatem muroꝝ remissiꝰ agebāt maledictis lacescētes iudā ac blasphemātes ⁊ loquentes que phas nō est dicere. Machabeꝰ autem inuocato diuino auxilio innumerabiles interfecit vt stagnū circa iacēs sanguīe flueret. Itē post h̄ iudas machabeꝰ cū sex milibꝰ iuit ꝯtra thimotheum q̄ habuit. cxx milia peditū. et equitū duo milia quingēti Et iudas cū sex milibꝰ ꝓstrauit trigīta milia viroꝝ. Itē post hoc mouit iudas machabeus exercitū cōtra gorgiā p̄posituꝫ idumee cū tribꝰ milibus peditū. et equitibꝰ q̄dringētis. Quibꝰ ꝯgressis paucis ruere iudeoꝝ. Post h̄ venerūt sepelire interfectos de iudeis. ⁊ inuenerunt sub tunicis interfectoꝝ de donarijs idoloꝝ. Ly. i. de rebꝰ p̄ciosis cultui idoloꝝ dedicatis. a q̄bus lex ꝓhibet. Deut. vij. omnibꝰ ergo manifestuꝫ est ob hāc causam eos corruisse. omnes itaqꝫ benedixerūt iustū iudiciū dn̄i. q̄ occulta fecerat manifesta Tūc post h̄ sequit̄ presens lectio. In diebꝰ illis. Uir fortissimꝰ iudas facta collatōne duodecim milia dragmas argēti misit hierosolymā offerri ea ibi pro pctis mortuoꝝ Ly. s. sic interfectoꝝ ī bello iuste ⁊ religiose de resurrectiōe s. futura. cogitans Nisi enī eos q̄ ceciderāt resurrecturos speraret. supfluū videret̄ ⁊ vanum orare ꝓ mortuis. Et quia cōsiderabat q̄ hi qui cū pietate dormitionē acceperant optimam haberēt repositā gratiā. Sancta ergo ⁊ salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluantur Sed forte videretur alicui q̄ factū hoc fuit frustra eo q̄ isti sic interfecti vident̄ mortui in peccato mortali habentes secū donaria. Respōdet Nico. de ly. q̄ iudas machabeꝰ et socij eiꝰ debebant ꝓbabiliter iudicare q̄ illi interfecti penituissent ī morte. et sic oratiōes ⁊ oblatiōes valebāt eis. eo q̄ mortui erāt in statu salutis.

Explicit postilla super epl'as

¶ Incipit postilla super euangelia et primo dominicalia scdm sensuz litteralem. iuxta concordātias euāgelistarum.

¶ Dominica prima aduētus. Euāgelium scdm Mattheū. xxi.

r deci discipulis Par. xvj. Historia hui⁹ euāgelij facta est Anno xp̄i. xxxiij. iij. nonas iunij. luna. xxvij. feria. v videlz ipso die ascēsionis. inditiōe. vj. Ante initiū illi⁹ euāgelij scribit sanct⁹ Lu. q̄ xp̄s dixit discipulis suis. Vos estis testes horū Ly. s. passionis et resurrectiōis. Et ego mittaz ꝓmissuz patris ī vos. s. spūz sanctū. vos autē sedete in ciuitate q̄usqz induamini v̄tute ex alto. Tūc postmodū sequit euāgelium hodiernū [Recūbentib⁹ vndeciz discipulis.] Dn̄s noster ies⁹ xp̄s cuz ī his q̄draginta dieb⁹ ꝑ multas apparitiones discipulis factas resurrectionē suā approbassz. Hodie in die ascēsionis bis ip̄is voluit apparere. s. in mensa dū prādebāt. Nā vt dicit magister in historia scol'. Oēs tam apl'i q̄z alij discipuli et mulieres habitabāt in ista parte in hierl'm. que dicit mellos in mōte syon vbi dauid construxerat sibi palacium. Et ibi erat illud cenaculum grande stratum. ī quo p̄cepit dn̄s sibi parare pasca. ⁊ in cenaculo illo habitabant tunc vndecī apostoli Ceteri vero discipuli et mlieres habitabāt circūquaqz ꝑ diuersa hospitia. Et vt dicit in p̄ncipio hodierni euāgelij. [Recūbentibus] .i. comedentib⁹ [vndeciz discipulis] scz ī illo cenacl'o hodierna die. [apparuit ill' iesus et exprobrauit incredulitatē illoruz ⁊ duriciā cordis] Ly. non que tūc erat in eis sed que ante fuerat in ips̄ discipul'. [qr his qui viderāt eū resurrexisse non credidrūt] vt pz de thoma qui non credidit alijs discipulis. Et similit' alij discipuli nō credidrūt marie magdalene et alijs mulieribus. ⁊ comedit cū eis. vn̄ act. j. Cōuescens p̄cepit eis ab hierosolimis ne discederēt sed expectarent ꝓmissionē patris. i. aduentū spūssācti a patre ꝑ xp̄m ꝓmissuz. et s̄m magistruz in historijs. Hoc dico p̄cepit eis vt egrederēt de ciuitate. et sic statim euanuit ab ocul' eoruz. Et īmediate post comestionē vndeciz apl'i et alij discipuli et mulieres vnanimit' de ciuitate egressi venerūt ad mōtē oliueti et ibi dn̄s ies⁹ scd̄ario hodierna die appuit ⁊ vt ait magister in historijs. hāc ꝓcessionē apl'oꝝ q̄ vnanīter de ciuitate sūt egressi rep̄sentat ecclesia singulis dieb⁹ dn̄icis ꝓcessionē faciēs egrediendo extra eccl'iam p̄ferendo crucē ante ꝓcessionē. Nā ꝑ crucē que p̄fertur rep̄sentatur dn̄s noster iesus xp̄s q̄ nos p̄cessit et suo exēplo nobis viam ad celuz ostendit. Et qd̄ ordinate vn⁹ post aliuz crucē sequitur vsqz ad ecclesiam. sig̃ficat q̄ oēs xp̄iani. vitā. mores. et doctrinā xp̄i. sēp̄ pre oculis habere debeāt. et suam vitaz explo xp̄i cōformare. et sic ꝓficere de virtute in virtutē transeundo. donec intrēt celestē ecclesiā. i. patriā eternā. vbi videāt facie ad faciē diuinā naturā. s̄m illd̄ in p̄s. lxxxiij. Ibunt de virtute in virtutē. sic videbit' deus deoruz in syon. Post hoc cōmisit dn̄s ies⁹ apostolis officiuz predicationis dicēs [Euntes in mūdū vniuersuz p̄dicate euāgeliuz] hug̃. nō philosophoꝝ vaītates. aut certe ꝓp̄as fictiones. ad Ro. j. Non erubesco euangeliū [omni creature] Ly. omni homī qui hz cōuenientiam cū oī creatura. ꝑ eē eī cōuenit cum inaīatis. ꝑ viuere cuz vegetabilibus et plantis. ꝑ sentire cū aīalib⁹ ꝑ ītelligere cū angelis. ideo designatur noīe oīs creat'e [qui crediderit et baptizat⁹ fuerit.] Ly. non enī sufficit fides sine baptismo. per quē q̄s incorꝑatur xp̄o si assit facultas recipiendi baptismū fluminis Si autem non assit facultas. sufficit baptismus sanguinis vt in martiribus qui ꝑ xp̄o interfecti sunt. anteq̄z eēnt baptisati. vel baptismo flamīs sicut est in habentibus fidez xp̄i et desid'rāt baptismū. sed p̄ueniunt' morte anteq̄z possint implere [saluus erit] .s. salute eterna. si saltez operibus tenet. vn̄ Iacobi. ij. Fides si

ne opibus mortua est | q̄ nō crediderit ꝯdē
nabitur | .s. eterna dānatōne | Signa autē
eos q̄ crediderint hec sequētur | Ly. in p̄mi
tiua eī ecclesia fides erat nutriēda ⁊ firman
da miraculis. Ideo gratia miraculorū da
batur. non soluz aplis xp̄i. sed multis alijs
credentibus. vt pz in exemplis et in legēdis
sanctoruz | in noīe meo | .i. in v̄tute nomīs
mei | demonia eijcient | Hec oīa ad lrām ī
pleta sūt. Sepe enī apl̄i et alij fideles d̄mo
nes eiecerūt. Sicut beat⁹ bartholomeus.
et sic de alijs | linguis loquent̄ nouis | Ly.
hoc est factū in apl̄is et in alijs credentib⁹
qui erant cū eis qñ p gratiā spūssancti ī die
penthecostes receperūt donū linguarum
vt patet Act. ij. Loquebant̄ varijs līguis a-
postoli | serpentes tollent | hoc pz in Pau
lo. vnde act. xxviij. Qui pcussus a vipera. ī
nullo lesus fuit. sed viperam pendentē ad
manū eius ī ignez excussit. Et Jacob⁹ apo
stol⁹ duos ingētes dracones remisit in de-
sertū q̄s hermogenes et pbilet⁹ concitaue
rant contra euz | et si quid mortiferuz bibe
rint non eos nocebit | Ad litterā impletū
est in Johāne euāgelista q̄ venenum bibit
qd̄ ei nō nocuit | super egros man⁹ impo-
nent et bene habebūt. | quia multi infirmi
a diuersis languorib⁹ sunt curati ex impo-
sitione manuū apl̄orū et ex tactu vestimen
torum. imo qd̄ etiam plus est. ex vmbra pe
tri apostoli sanabātur infirmi. vt habetur
Act. ij. et. v. Itez per manus apostolorū fie
bant signa et pdigia magna in populo. et
non solum infirmos curabant. sed per im
positionez manuuz ipsoruz dabatur spiri-
tussanctus. Unde habetur Act. viij. tunc ī
ponebant manus super illos et accipiebāt
spiritūsanctuz | et domin⁹ quidez ies⁹ post
q̄z locutus est eis | .s. hec omnia verba iaz
predicta et plura alia que habentur Act. j.
| assumptus est in celum | Ly. virtute pro
pria et cum gratulatione totius familie ce
lestis. Unde Lu. xxiiij Et eleuatis manib⁹
ferebatur in celū. et benedixit eis. i. aposto
lis et alijs fidelibus. Ex hoc loco in consue
tudinem duxit ecclesia. vt sicut domin⁹ ie-
sus postq̄z oībus pactis ascendere voluit
in celum. benedixit fidelibus suis. q̄ sic epi-
scopi et ceteri presbiteri peracto diuino of-
ficio volētes iā ab altari recedere dant sup
populuz benedictionez signantes eos sig⁹
sancte crucis et imprecantes eis bona ī no
mine sancte trinitatis | et sedz a dextris d̄i |
scz cōregnās patri in omni equalitate s̄m
deitatem | illi autem | Ly. s. apostoli et xp̄i
discipuli | profecti | .s. ad mandatū d̄ñi no-
stri iesu xp̄i | predicauerūt vbiqz | Unde in
p̄s. xviij. In omnē terram exiuit sonus eoꝝ
ꝛc. | domino cooperante | eos dirigendo ⁊
protegendo | et sermonē cōfirmante seq̄n-
tibus signis | Hug̃. super Mar. Opa mi
raculoruz in exordio ecclesie necessaria fue
runt vt fides miraculis nutriretur. modo
non sunt necessaria. quia fides ecclesie con
firmata est. ¶ Circa presens euangeliuz
⁊ super illa verba. Euntes in munduz vni
uersum predicate euangeliū omni creatu
re ꝛc. Notanduz q̄ s̄m Tho. de aq̄no Ma
ximuz miraculū xp̄i in terris fuit. q̄ per sim
plices mundū subiecit fidei. quia apostoli
fuerunt simplices s̄m mundū et pauperes
mechanici. s. piscatores ꝛc. et null⁹ nobil̄ fu-
it nisi sanct⁹ bartholome⁹ Unde hic queri
tur q̄re non elegit xp̄s prudentes hui⁹ secu
li. scribas qui fuerūt docti in lege. nec diui
tes. nec potētes Rñdet̄ ppt̄ certitudinē fidei
quia si sapientes seculi elegisset ⁊ misissz ad
p̄dicandū fidē xp̄ianaz. tūc pfidi et inimici
fidei dixissent q̄ fidez finxissent cū prudētia
et astutia. si diuites tūc dixissent q̄ p dona
et munera hoīes induxissent ad fidez illaz.
Si autem potētes et nobiles tūc dixissent
q̄ per potentiā et coactionē hoīes induxis
sent ad fidē Sed vt nullū illoꝝ pfidi allega
re possēt. igit̄. ꝛc. Unde hic notandū q̄ xp̄s
int̄ oēs sapiētes hui⁹ mūdi nisi vnū ꝯuertit
s. gamalielē legis doctorē. Et int̄ oēs diuites
soluz zacheuz. Et de oībus nobilibus ⁊ p̄n
cipibus nisi tres. Nicodemū. Cēturionē. ⁊
regulū. Sz d̄ paupib⁹ et simplicib⁹ et igno
bilibus multos conuertit. Quia xp̄iani a
paupib⁹ et simplicib⁹ ortū habuerūt. vnd̄

apostolus. Uidete vocationez vrām frēs. qz nō multi sapiētes ꝑm carnē nō multi potentes. sed infirma mūdi elegit deus

¶ Dominica post ascensionē domini Euan. ꝑm Jo. xv.

In illo tempore. dixit ies⁹ discipulis suis. Cū venerit paraclitus quē ego mittā vobis a patre spūm veritatis qui a patre ꝓcedit. ille testimōiū perhibebit ꝺ me et vos testimoniū perhibebitis. qz ab initio mecum estis. Hec locut⁹ sum vobis vt non scandalizemini absqz sinagogis facient vos. Sed venit hora vt omnis qui interficit vos. arbitretur se obsequium prestare deo. Et hec facient vobis qz nō nouerunt patrem neqz me. sed hec locutus sum vobis. vt cum venerit hora eorum. reminiscamini. quia ego dixi vobis.

Postilla.

Cum uenerit paraclitus ꝛc. Jo. xv. Historia b⁹ euangelij facta ē āno xp̄i. xxxiij. ix. kl. apl. lūa. xiiij feria. v. s. in cena domini. inditione. vj. Aū initiuz illius euangelij. scribit sanctus Jo. in eodē capitulo. Qꝫ xp̄s dixit discipul' suis. si opera non fecissem in eis q̄ nemo ali⁹ fecit peccatum non haberent. Nunc autez viderunt et oderunt me et patrem meum. Sed vt impleatur sermo qui in lege eorū scriptus est. quia odio habuerunt me gratis. Tunc statim sequitur euangelium hodiernuz. Cū venerit paraclitus. postq̄z xp̄us dixerat apostolis de iudeis. Si me ꝑsequūtur. et vos persequentur. Ne desperent et nimiuz turbentur. promisit eis spiritum sanctum mittere quo confortati oēs persecutiones vincerent ⁊ tolerarent. ergo dicit. Cum autē venerit paraclitus. Ly. id est consolator. Bern. dicit. Spūs. i. merentium consolator. quem ego mittaz vobis a patre. Ly. in hoc ostendit spūm sanctum a se procedere. inquantum dicit se illū mittere. spiritum veritatis. qz docet vos omnem veritatē. sed econtrario spūs malign⁹ docet omne mendacium. qui a patre ꝓcedit. Tho. ex hoc arguunt greci spūm sāctū tantum ꝓcedere a patre et non a filio. sz ꝫ non est verum. quia quicq̄d de patre dicit̄ conuenit filio. ergo xp̄iani tenentur credere q̄ spūssanctus ꝓcedit a patre et a filio. ille testimoniū ꝑhibebit de me. Naz spūssāctus testimoniū ꝑhibuit xp̄o in hoc q̄ apostolos tales fecit q̄ sciuerūt et audebant p̄dicare euāgeliū et fidē xp̄i coraz oībus ⁊ intrepide. Qꝫ enī hoīes p̄us illitterati et simplices de ꝓfunditate scripturaꝝ subito plene loquebant̄. et in oībus linguis. fuit maximū signū ad cōfirmādā fidē xp̄i. et vos testimoniū ꝑhibebitis. s. p̄dicādo oīb⁹ populis. qz ab initio mecū fuistis. Ly. Nō est intelligendū q̄ fuerint cū eo in p̄ncipio vite ei⁹. sed ab initio p̄dicationis sue qñ incepit docere et miracula facere. Hec locutus sū vobis. ad confortationē vestrā contra futuras tribulatōes. vt nō scādalizemini. s. cadēdo ꝑ īpatientiā qñ eueniēt vobis. absqz synagogis facient vos. Jā enī iudei cōspirauerūt q̄ si quis confessus esset xp̄m extra synagogā eijceret̄. Et talis eiectio ꝺ sinagoga reputabat̄ mag̃. Sic apꝺ xp̄ianos eiectio de eccīa ꝑ maiorē excōicatōz. Ergo ip̄a excōicatio valde timēda ē cuilibz xp̄iano. q̄a sepat a deo et a sctis et a sacris et a cōione fidliū. Et ip̄e excōicat⁹ ē q̄si palmes abscisus a vite. vt pz Jo. xv. Ego sū vitis vera et vos palmites. sz veit hora. Gor. hora ista fuit tēp⁹ p̄dicatiōis apl'oꝝ. vt oīs q̄ interficit vos arbitret̄ se obseq̄uz p̄stare deo. Omnis enī iude⁹ occidēs xp̄i p̄dicatores putat se obsequiū p̄stare deo. credens q̄ ꝺ sereret deum israel. quicūqz conuerteretur ad christum. Ita fuerunt iudei excecati et ignorantes. Sed illa ignorantia non excusabat eos. quia illa procedebat ex odio ⁊ inuidia cōtra xp̄m ⁊ cōtra doctrinā ei⁹. hec facient vobis. quia nō nouerūt p̄rem neqz me. Hoc dic̄ eis ī ꝯsolationē. q. d. ꝑm crys.

Sufficit in cōsolationē hec pati ꝓpter prēz
et propter me. sed hec locutus sum vobis
vt cum venerit hora eoruz. reminiscamini
quia ego dixi vobis. Ly. ista eī predixit xp̄s
aplis vt ꝓuiderent sibi de patientia. q̄a mi-
nus feriūt iacula p̄uisa. vt di. Greg̃. Circa
presens euāgeliū vbi d̄r. Vos testimoniuz
ꝑhibebitis. Notandū q̄ hug̃. de prato dic̄.
Q̄ xp̄s habuit testimoniū de omni loco.
ꝛ ab omni creatura. Nā oīa testificata sūt
xp̄m suuz auctorē eē. Nā de celo habuit te-
stimoniū pat̄s et spūssancti. lu. iij. Descen-
dit spūssanctus corꝑali specie sicut colūba
in ip̄m Et vox pat̄s de celo audita est. h̄ est
filiꝰ meꝰ dilectꝰ. Mat. iij. Itē testimoniuz
angelorū. vt patet Lu. ij. Euangelizo vob̄
gaudiū magnū. q̄r natꝰ est nobis saluator
Itē celi. dū ip̄o orante aperti sunt super eū
ꝓtestati sunt ip̄m eē verū deum. Lu. iij. Itē
de paradiso et de limbo patrum habuit te-
stimoniū moysi et helie. vt patet Mat. h̄.
xvij. Apparuerunt ei moyses et helias. Itē
corꝑa sanctoꝝ surrexerunt. vt patet Mat.
xxvij. Itē demones ei testimoniū reddide-
runt. vt pz Lu. iij. Exibant demonia clamā-
tia et dicētia. Quia tu es xp̄s filius dei viui
Itē de mundo habuit testimoniū. xij. apo-
stoloꝝ. lxxij. discipuloꝝ et multorū alioruz.
vt pz act̄. iiij. v̄tute magna reddebant apo-
stoli testimonium iesu xp̄o Item habuit te-
stimoniū ab omni creatura. Nā stella no-
ua in sua natiuitate testificata est. vt patet
Mat. ij. Vidimꝰ stellā eꝰ in oriente. Itē sol
obscuratus in morte eius ꝓtestatꝰ est euz
eē deū. Lu. xxij Itē mare dū se soliduz p̄buit
ip̄m confessuz est. Lu. vj. Item infernꝰ duz
quos tenebat reddidit ip̄m auctorē vite eē
protestatꝰ est. p̄s. xxiij. Itē terra dū ip̄o mo-
riente et resurgēte tremuit. Item panes et
pisces dū ad eius imperiū multiplicati s̄t.
ip̄m eē deum demōstrabāt. vt patet. Jo. vj
Opa que ego facio ip̄a sunt que testimo-
nium ꝑhibēt de me. Et breuit̄ omnis crea-
tura pret̄ peccatorē qui ipsuz negat factis
testimoniū xp̄o reddit. Unde aplus ad ty-
tū. j. Confitentur se nosse deum. factis autē
negant. peccator quandoq̄z ꝑ vno denario
negat xp̄um cū in noīe eius scienter ꝑiurat
Sequit̄ h̄ in euangelio presenti. Absq̄z sy-
nagogis facient vos Ubi notandū q̄ excō-
municatio maior valde timēda est ꝓpter
tria. Primo quia excōicatus sepat̄ a deo ꝛ
ab oībus xp̄i fidelibꝰ tā in vita q̄z in morte
sicut palmes a vite. vt pz Joh. xv. Ego sū vi-
tis vera et vos palmites. et sicut palmes
abscisa nihil valet amplius nisi ad ignem.
sic excommunicatus maiori excommuni-
catione. Secundo. quia excommunicatꝰ
priuatur merito passionis xp̄i et omnium
sanctorum. et etiam omnibus missis. orati-
onibus. elemosinis. et omnibus suffragijs
et indulgentijs. et omnibus bonis ecclesie
et omnino et totaliter remanet nudꝰ et mi-
ser et miserabilis et pauper ꝛ cecꝰ Et ꝓpter
ea dicit aug̃. Nihil debz xp̄ianus sic formi-
dare sicut separi a corpore xp̄i. scz per excō-
municationem maiorez. Tertio quia excō-
municatus multos inficit. quia omnes q̄
participant ei scienter publice denunciato
Unde dicit in decretis. Cōmunicans excō-
municato indebite excōmunicationē īcur-
rit. xj. q. iij. p̄cipue. et. c. si q̄s eps. vnde ē mor-
bus cōtagiosus sicut lepra. ideo ab hoībus
sicut lepra debet vitari. Nam magna infa-
mia est et vituperium ab ecclesia expelli vl̄
vitari ab hominibus sicut leprosus. vnde
excōicatus est magis infamis q̄z iudeꝰ vel
saracenꝰ. q̄r cuz illis hz plus loqui q̄z cum
excommunicato. Unde dicitur in decretis
Pagano plus licz cōmunicare q̄z excom-
municato. xj. q. iij. ad mensam. Ex iaz dictis
patet q̄ periculosum est cōmunicare excō-
municato. Sed peccatis nostris exigētibꝰ
de excommunicatione maiori hodie cura-
tur modicū. Sed d̄ ꝑticipatione cū excom-
municatis quasi nihil curat̄. Unde h̄ exē-
pluz legitur. q̄ demoniacꝰ intrōgatꝰ a q̄dā
an excōmunicatio vel peccatū plꝰ placeat
dyabolo. Rn̄dit excōmunicatio maior. q̄r
per illū plures inficiunt̄. et q̄nq̄z excōmuni-
catꝰ ducētos inficit vno die. sicut ī ꝯuiuijs
in zechis et sic de alijs.

¶ In die sancto pēthecostes. Euā. ſm Jo. xiiij.

Q illo tempore. dixit iesus discipul' suis. Si quis diligit me sermonē meū seruabit. et pater me⁹ diliget eū. et ad eum veniemus et mā̄siōz apd̄ eū faciem⁹. Qui nō diligit me sermōes meos nō seruat Et sermonē quē audistis nō est meus. sed ei⁹ qui misit me patris. Hec locut⁹ sū vobis. apd̄ vos manēs. Paraclit⁹ aūt spūs quē mittet pater in noīe meo. ille vos docebit oīa. ⁊ suggeret vobis oīa quecūqz dixero vobis. Pacē relinquo vobis pacē meam do vobis. nō qūo mundus dat ego do vobis. Nō turbetur cor vestrum neqz formidet. Audistis qr ego dixi vobis vado et venio ad vos Si diligeretis me. gauderetis vtiqz qr vado ad patrez. qr pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq̄z fiat. vt cū factum fuerit credatis. Jā nō multa loquar vobiscum. veīt ei princeps mūdi huius et in me non habet quicq̄z. Sz vt cognoscat mūdus quia diligo patrem. et sicut mā̄datum dedit mihi pater sic facio.

Postilla.

Si quis diligit me ſmonē meū ſuabit Jo. xiiij. Hoc euā̄geliū locut⁹ est dn̄s ad discipulos suos Anno ei⁹. xxxiij. ix. kl'. aprilis. luna. xiiij. q̄nta feria cene dn̄i inditione. vj. Ante initiuz illius euā̄gelij scribit sctūs Jo. in e. c. q̄ xp̄s dixit discipul' suis. qui hz mā̄data mea ⁊ ſuat ea. ille ē q̄ diligit me. qui aūt diligit me diligetur a prē meo. et ego diligā eū. ⁊ mā̄festabo ei meip̄m. tūc sequit euangeliū hodiernū. Si q̄s diligit me. vuilhelm⁹. Hodie recolit ecclesia illā supabūdantē et excellentē donatiōz spūssancti. que facta ē discipulis q̄nq̄gesima die a resurrectiōe quādo repleti sūt oēs spūsancto. sed quia spūssanctus q̄ est amor pr̄is ⁊ filij hodie mittitur. idcirco hodie legitur euā̄gelium in q̄ agit̄ de dilectōe quā deus nobis infūdit p spirituz sanctū. Si q̄s diligit me. s. affectu hoc ostendit̄ effectu. quia videlz. ſmonē meuz seruabit. et pater meus diliget eū. p qd̄ oñdit se vnū cū patre in eēntia. et ad eū veniemus. vuilhelm⁹. Ego et pater ⁊ spūssāct⁹. ⁊ mansionē apud eū faciem⁹. in pn̄ti per gratiā et in futuro p gl'am. q̄ nō diligit me ſmonē meū nō ſuat. ly. tales sūt mūdani hoīes et puersi. et ſmonē quē audistis nō est meus. supple tātū. sed ei⁹ q̄ misit me patris. Hec locut⁹ suz vobis. apud vos manens. s. pn̄tia corpali. Paraclit⁹ autē spiritussanct⁹ quē mittet pater in noīe meo. tho. ad laudē et gloriā noīs mei. ille vos docebit oīa. ly. i. faciet vos intelligere oīa que dico vobis. Apl'i adhuc erāt rudes. et in timore positi ex auditu passionis xp̄i. Jō ad verba xp̄i non diligent̄ attendebāt. et p cōsequēs nō capiebāt ea ad plenū. ppt̄ qd̄ dicit gratiā spūssancti postea supplere istum defectū. et suggeret vobis oīa q̄cunqz dixero vobis. i. ad memoriā vobis reducet oblita. qr apl'i multa de illis q̄ xp̄s dicebat obliti sunt timore passionis cōcussi. pacez relinq̄ vobis. i. itur⁹ ad patrē relinq̄ vobis pacē pectoris ī pn̄ti. et pacē meā do vob. id est eternitatis in futuro. nō quomodo mundus dat ego do vobis. quasi diceret. non do vobis pacem mundanam que est breuis. j. ad Thessaloniceñ. v. Cum enizdixerint pax et securitas. tunc repentin⁹ eis superueniet interitus. non turbetur cor vestrum. Lyra. id est non turbari debetis de recessu meo. id est de morte mea. neqz formidet. Lyra. hoc addit eos assecurando. quia timebant mori cum eo. audistis. q̄a ego dixi vobis vado. Tho. scilicz per passionem vt parem vobis locum. et venio ad vos. post resurrectionem meam vt vos illuc introducam. vt patet. Johañ. xiiij. Si abiero et preparauero vobis locum. iterū venio et accipiā vos ad meip̄m. vt vbi ego suz et vos sitis. si diligeretis me. s. pura et

sincera dilectione ab omni carnali abstra-
cta. [gauderetis vtiqz. quia vado] sm q bō
[ad patrē] .s. ad eius gloriā [quia pat ma-
ior me est] ly. non sm deitatē in qua filius
eius equalis patri est. sed sm humanitatez
ī qua filius est mīor patre. [et nūc] tho. exi
stens vobiscuz passibilis et mortalis [dixi
vobis] .s. q p passionē vado ad prēm [pri9
q̄z fiat vt cum factū fuerit reminiscamini]
ly. s. q non tantū sū hō sed etiā deus q̄ certi
tudinalit predico futura contingētia. qd ē
proprium ipsius dei. sm qd dr Esa. xli. Annū
ciate nobis que futura sūt. et dicem9 q dij
estis [iam non multa loquar vobiscū] id ē
in hoc mortali corpe exn̄s. qr tēpus sue ca-
ptionis erat ppinquū [venit eniz pnceps
hui9 mūdi] tho. i. dyabol9 q̄ pncipat ama-
torib9 hui9 mūdi et regit eos q̄ spōte p pec
catū se ei subijciūt. venit enim in ministris
suis ad me capiendū ducendū ad mortez.
[et in me non hz q̄cq̄z] .i. nullū peccatuz. et
p cōsequēs nullā mortis cām. quia mors ī
trauit mūdū p peccatū. ad Ro. v. [sz vt co-
gnoscat mūd9] id ē humanū gen9 [qr dili-
go patrē] q. d. Nō morior qr habeā culpaz
sed vt impleā patris obedientiā cui9 volū
tas est. vt pficiat redēptio humani generis
que non potest cōpleri ex dei ordinatione
nisi p mortem meā [et sicut mādatū dedit
mihi pater sic facio] .i. ex obediētia patris
libenter subeo mortē. ¶ Circa pn̄s euāge-
liuz vbi dr. Ad eū veniem9 et māsionē apd
euz faciem9. Notandū q hu. de prato dic
q apl̄i fuerūt pleni spūsancto. ondit q̄dru-
plici signo. Primū est in tribulationibus
et infirmitatibus nō murmurare. Nā vas
plenū non resonat dū tangit. sed vacuum.
Sic apl̄i in infirmitatib9 nō murmuraue
runt. vt patet Lu. x. Ecce ego mitto vos si-
cut agnos in medio luporuz. imo apl̄i non
soluz non murmurauerūt ī psecutionib9
et tribulationib9. sed ꝛ gaudebāt. vt pz act.
v. Ibant apl̄i gaudētes a conspectu conci-
lij q̄niā digni habiti sūt p noīe iesu cōtume
liam pati. vn̄ apl̄s ad Ro. v. sed et gl̄amur
in tribulationibus. Secūdū ē firmit consi
stere. Nam res plena stat firma. Sic apo
stoli postq̄z spūm sanctū receperūt in fide
et bonis operib9 firme steterūt. Nā nec re-
ges nec pncipes mūdi cuz tormētis. nec ca
ro ppa cuz oblectamētis. nec demones cū
tētamentis potuerūt ipos mouere. vt patz
Ro. viij. Quis nos separabit a caritate dei.
q. d. null9. Tertiū est de plenitudine effun-
dere. Nā fons plen9 effundit aquā. Sic a-
postoli tanq̄z plen9 fons et supexcrescēs to
tū mūdū gratijs et donis spūalib9 repleue
rūt. vt patet Hester. x. Fōs puus creuit ī flu
uiuz maximū et in aq̄s plurimas redūda-
uit. Quartū est nihil plus recipere. Nam
vas plenū nihil plus recipit. Sic apl̄i nihil
terrenū et a spūsancto alienū receperūt. vn̄
nec diuitias. nec honores. nec delicias cor
poris ampli9 recipe voluerūt. vt pz Mat.
xix. Dixit petrus apl̄s Ecce nos reliquim9
oīa et secuti sum9 te. vn̄ etiā apl̄s paul9 ad
philippen̄. iij. Oīa arbitratus sū vt stercora
vt xp̄m lucrifacerē ꝛc. Si autē q̄s vult scire
an spūsancto plenus sit. predicta q̄ttuor in
se considret et sic bonā spē habeat q hodie
receperit spiritum sanctum cū apl̄is

¶ Feria secūda pēthcostes. Euan
geliū sm Jo. iij.

Q illo tempore. dixit
iesus discipl̄is suis. Sic de9 dilexit
mūdū vt filiū suū vnigenitū daret
vt oīs q̄ credit in eū nō pereat. sed
hēat vitā eternā. Nō enī misit deus
filiū suū in mūdū vt iudicet mūdū
sed vt saluet mūdus per ipsū. Qui
credit in eū nō iudicatur. Qui aūt
nō credit iā iudicat9 est. quia non
credit ī noīe vnigeniti filij dei. Hoc
est autē iudiciū qr lux venit ī mun
dū et dilexerunt hoīes magis tene
bras q̄z lucē. Erāt eī opera eoꝝ ma
la oīs eī qui male agit odit lucē. et
n̄ veit ad lucē. vt nō arguant opera
ei9 Qui aūt facit veritatē. venit ad
lucem vt manifestentur opera eius
quia in deo sūt facta.

Postilla.

Sic deus dilexit mūdū Jo.iij. Historia b⁹ euangelij cōpleta ē Anno xp̄i.xxxiij.ix.kal'.april' feria.vj.inditiōe.vj.luna.xv.sed dn̄s hec locut⁹ est Anno ei⁹.xxxij.vj.nonas maij.sabbato.luna.xiij.inditione.v. Ante initiū illi euāgelij scribit sanctus Jo.in.eod'.ca.q̄ xp̄s dixit discipulis suis. Sicut moyses exaltauit serpentē in deserto.ita exaltari oportet filiū hoīs.vt oīs q̄ credit in ip̄m non pereat sed habeat vitā eternā. Tūc statiz sequitur euāgeliū hodiernū. Sic deus dilexit mūduz .i.hoīez vt filiū suū vnigenitū daret Ly.q̄ est bonū infinitū. Exq̄ apparet maxima dei dilectio.vt pz Ro.viij.qui ꝓprio filio suo nō pepcit.sed ꝑ nobis oīb⁹ tradidit illū daret tho.nō vt venderet sed daret g̃tis et liberalit' nullis meritis nostris exigētibus ē incarnat⁹ et crucifix⁹ vt oīs q̄ credit ī eū tho.fide ꝑ dilectionē operāte ⁊ vsqz in finē ꝑseuerāte nō pereat .sed habeat vitā eternā tho. Modo in spe.sed tunc in re nō enim misit deus .s.pater filiū suū in mundū vt iudicet mūduz Ly.s.in p̄mo aduētu suo.tūc enī nō veīt iudicare.sz magis iudicari ꝑ mūdi salute.ideo sequit'. sz vt saluet' mundus ꝑ ip̄z vt pz Jo.xiij. Nō veni vt iudicem mūdum.sed vt saluificem mundum qui credit in eū.ly .tendendo ī eū ꝑ caritatē nō iudicat' .i.nō hz cām vnd' cōdemnet' q̄ aūt nō credit iā iudicat⁹ est Ly.i.hz in se cām manifestā sue condēnationis quia nō credit in noīe vnigeniti filij dei qui venit pro salute mundi. Nam ad salutē peruenitur ꝑ nomen vnigeniti filij dei hoc est autē iudiciū .i.causa dānationis quia lux Ly.i.xp̄s qui est lux vera venit in mūdū .s.carnē assumēdo et in ea apparens salutem humani generis opando ⁊ dilexerūt hoīes magis tenebras tho.i. delicias carnis et diuitias mūdi q̄z lucē. i.aptā predicationē xp̄i arguētē peccata erant enī opa eorū mala tho.que a luce discordāt et tenebras querūt.⁊ iō dicunt' opera tenebrarūz omnis eī q̄ male agit id est qui in malis opibus delectat' odit lucē q̄ tamen naturalit' omnib⁹ est amabilis ⁊ n̄ venit ad lucē vt nō arguant' opa e⁹ Tho. omnis enim q̄ delectat' in malis opib⁹ subterfugit lucem predicationis et veritatis ⁊ odit eos q̄ mala sua manifestāt et reprehēdunt qui autē facit veritatē. .i.opa cōformia volūtati dei venit ad lucē .i.in palaz vt manifestent' opa ei⁹. Tho.s.ad aliorū exemplar et edificationē quia in deo sunt facta .i.ad gloriā dei. Circa pn̄s euāgeliū vbi d'r. Sic deus dilexit mundū.dicit hu.d' prato. Q̄z maxīa caritas dei patris ad hominē quātū ad q̄ttuor d'mōstrat'. Primo quia filium suū hoīem et naturā humanā tanq̄z in sponsam sibi accepit.vt cantat' hodie celesti spōso iūcta est ecclesia. Ecce mirabilis amor.q̄ impator diues .potens.et pulcer.sapiens et eternus.accepit paupculam.inualidā.insipientem.et morte ꝯdemnatā.ad Heb.ij. Nusq̄z angelos apprehendit.sed semē abrae. Secundo in eo q̄ eūdē filiū postq̄z carnē assūpsit.fecit.xxxiij.annis seruire hoīem erudiendo et informando ⁊ tandem ꝑ ipso redimēdo ꝯstituit eū mori. Tertio in eo q̄ hoīes sibi in filios adoptauit et frēs xp̄i eē voluit.vn̄.j. Jo.iij. Videte qualē dilectionē dedit nobis de⁹ vt filij dei nomīemur et sim⁹. Quarto q̄ hoīes sic redēptos ⁊ ī filios adoptatos heredes regni sui fecit cū filio suo iesu xp̄o ad ro.viij. Filij dei sum⁹. Si aūt filij et heredes.heredes q̄dem dei coheredes autē xp̄i.

¶ Feria tertia pēthecostes. Euan sm Jo.x.

Q illo tempore.dixit iesus discipulis suis. Amē amen dico vobis. Qui nō intrat per hostium in ouile ouiū sed ascendit aliū de ille fur est et latro.qui autem intrat per hostium pastor est ouium huic hostiarius aperit.et oues vocem eius audiūt. Et proprias oues vocat noīatiz et educit eas. Et cuz

proprias oues emiserit. ãte eas va
dit et oues illũ sequũtur. quia sciũt
vocẽ eius. Alienũ autẽ non sequũ
tur sed fugiunt ab eo. qꝛ non noue
runt vocem alienoꝝ. Hoc ꝓuerbi
um dixit eis iesus. Illi autem non
cognouerunt quid loqueretur eis.
Dixit ergo eis iteruz iesus. Amen
amen dico vobis. qꝛ ego suz hostiũ
ouiuz. Oẽs q̊tquot venerũt ãte me
fures sunt et latrones. sed nõ audi
erunt eos oues. Ego sum hostium
per me si quis introierit saluabitur
et ingredietur et egredietur et pa
scua inueniet. Fur nõ venit nisi vt
furetur et mactet et perdat. ego ve
ni vt vitam habeant. et abundanti
us habeant.

Postilla.

Men amen dico
vobis ꝛc. Jo. x. Historia hui⁹ euã
gelij facta ẽ Anno xp̃i. xxxij. vj. kl̃. octob̃s.
sabbato. inditõe. v. lũa. xij. añ initiũ illi⁹ euã
gelij scribit sanct⁹ Jo. in precedenti capl̃o
q̃ xp̃s dixit. In iudiciũ ego in hunc mũduz
veni. vt qui nõ vident videant. et qui vidẽt
ceci fiant. Et audierunt quidã ex phariseis
qui cuz ipso erant. Et dixerũt ei. nũ quid et
nos ceci sum⁹. Dixit eis iesus. Si ceci esse
tis non haberetis peccatũ. Ly. quia si non
vidissent opa xp̃i haberẽt aliquam excusa
tionem de hoc q̃ non crediderũt. Nũc v̊o
dicitis quia videmus. peccatum vestrum
manet. i. aggrauatur. Tunc statim sequit̃
euangeliuz hodiernũ. Amẽ amẽ dico vo
bis. tho. i. in veritate dico vobis. qui non
intrat ꝑ ostiũ. i. ꝑ me humilem et pauꝑez.
in ouile ouiũ. i. in congregationez fideli
um et in ecclesiaz dei in qua grex diuinit⁹
continetur. sed ascendit aliunde. siue per
pecuniam. siue per falsam iustitiã. siue per
violentiã. ille fur est. rapiendo q̃d nõ est
suum. ꝛ latro. retinendo q̃d rapuit. Ly. h̃
faciũt mali hoĩes statũ prelationis indebi
te assequentes. qui autẽ intrat ꝑ hostiuz.
id est per xp̃m. pastor est ouiũ. huic hosti
arius aperit. Ly. i. sp̃ũssanctus reuelat ve
ritatem vt sciat oues pascere. ꝛ oues vocẽ
eius audiunt. Ly. i. doctrinam recipiunt.
et ꝓp̃as oues vocat nominatim. i. certissi
me nouit dñs qui sũt eius. et vocat eas nõ
solum voce exterioris predicationis sed ĩ
terne inspirationis. et educit eas. Ly. d̃ te
nebris ignorãtie. ꝛ cũ ꝓp̃as oues emiserit
ante eas vadit. ꝑ exempla bonoꝝ operuz.
et oues illũ sequũtur. s. exempla et vesti
gia sui pastoris. quia sciunt vocẽ eius. ꝑ ĩ
spiratões diuĩas. alienuz aũt nõ sequũt̃. s.
qui est alienus a deo vita et doctrĩa. sicut
est hereticus et q̃libet peruersus doctor. sz
fugiunt ab eo quia non nouerũt vocez ali
enoꝝ. i. non approbant nec sequũtur. gor.
Isti alieni sunt pseudo ꝓphete. de q̃bus d̃r
Matth. vij. Attendite a falsꝰ ꝓphetis. q̃ ve
niũt ad vos in vestimẽtis ouiũ. intrinsec⁹
aũt sunt lupi rapaces. hoc ꝓuerbiuz dixit
eis iesus. illi autẽ non cognouerũt quid lo
queretur eis. tho. i. non intellexerũt q̃s eẽt
pastor. quis fur. et que oues. dixit ergo eis
iteruz iesus. Amen amen dico vobis. quia
ego sum ostium ouiũ. per q̃d intrãt oues
ad fidẽ. Omsẽ q̊tq̊t venerũt ãte me. tho.
scz ex se. non missi vel nõ inspirati a deo. fu
res sunt. rerũ et dignitatuz. et latrones.
animarũ. quia eas occidunt per falsaz do
ctrinam. ego sum hostium ꝑ me si q̃s ĩtro
ierit. s. in ecclesiam et societatem fidelium.
saluabitur. per gratiã. et ingredietur. s.
ad contẽplationem deitatis. et egredietur
s. ad cõsiderationez gloriose hũanitatis in
xp̃o. et pascua inueniet. qꝛ vtraqz cõside
ratio erit delectabilis et iocũda. vt pz. Esa.
xxxiij. Regẽ in decore suo videbũt. fur. i. q̃
cũqz ꝑ me nõ ingredit̃. nõ venit nisi vt fu
retur. i. vt sibi vsurpet dñatuz et honorez
in plebe. et mactet. per falsam doctrinam
et perdat. i. mittat ĩ dãnationẽ eternam.
Ego veni vt vitaz habeãt. tho. in p̃nti per
gratiam. et habũdanti⁹ habeant. in futu
ro per gloriam vñ apl̃s. j. Coꝝ. ij. Ocul⁹ nõ
vidit nec auris audiuit nec in cor hoĩs ascẽ
dit. que p̃ꝑauit deus his q̃ diligũt euz. Cir
ca presens euãgeliuz vbi d̃r. Per me si q̃s

introierit. Notandū q̄ Hugo de prato dicit q̄ christ⁹ dei filius ꝓpter nostrā salutez quattuor itinera peregit. Primū fuit d̄ celo in terrā veniēdo. qñ carnē assumpsit de gloriosa v̄gine maria Joh. xvj. Exiui a patre ⁊ veni in mundū. Et h̄ iter fuit penosuz quia penalitates humane nature assūpsit vt patet Esa. liij. Vere languores nostros ipse tulit ⁊ dolores nostros ip̄e portauit. q̄ hic in mūdo trigintatrib⁹ annis vixit ⁊ nū q̄z risit. Secundū iter fuit de mūdo ad inferos descendēdo qñ sedētes in tenebris visitauit. ⁊ h̄ fuit iter victoriosum. q̄a portas īferni ꝯfregit. Tertiū fuit de inferno ad mūdum redeūdo. qñ ꝯfractis inferis cuz magna p̄da a mortuis resurrexit. Quartū fuit de mūdo ad celū ascēdēdo qñ in die ascēsionis videntib⁹ ap̄lis eleuat⁹ est ⁊ nubes suscepit eū ab oculis eoꝝ. ⁊ h̄ iter fuit valde gaudiosum. Vñ p̄s. Ascēdit de⁹ in iubilatione ⁊ dñs in voce tube.

¶ Feria quarta pentecostes. Euāgelium scd̄m Johā. vj.

Nillo tempore. dixit iesus turbis iudeoꝝ. nemo pōt venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eū. Ego resuscitabo euz in nouissimo die. scriptū est in ꝓphetis. Erūt omēs docibiles dei. Omnis qui audiuit a prē et didicit venit ad me Nō q̄ patrē vidit quisq̄z nisi is qui est a deo. hic vidit patrē Amen amen dico vobis qui credit in me hz vitā eternā Ego sū panis vite. patres vestri manducauerūt māna in deserto et mortui sūt. hic est panis de celo descendens. vt si quis ex ipso māducauerit nō moriatur. Ego sum panis viu⁹ qui de celo descēdi. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternū. Et panis quez ego dabo caro mea est ꝓ mundi vita

Postilla

Nemo potest venire ad me Joh. vj. Historia huius euāgelij facta est Anno xp̄i. xxxij. xviij. kal. maij. feria. iij. luna. xxiiij. inditiōe q̄nta. Ante initiū illi⁹ euāgelij scribit scūs Johēs in eodē capl̄o. Q̄ iudei murmurauerunt de illo v̄bo q̄d christ⁹ dixit. Ego suz panis viuus q̄ de celo descēdi. et dicebant. Nōne hic est iesus filius Joseph cui⁹ nos nouim⁹ patrē ⁊ matrē. Quō ergo dicit hic quia de celo descēdi. Rñdit ergo iesus ⁊ dixit eis Nolite murmurare inuicē [Nemo potest venire ad me]. Tho. ꝑ fidē credēdo ⁊ amādo [nisi pater me⁹ traxerit eū] id est. adiuuet eū ꝑ grām suā. Notandū est ergo s̄m Tho. q̄ pater omnes trahit. q̄a omibus offert grām. nō tñ omēs trahunt̄ vel veniunt ad christū. q̄a ⁊ si omib⁹ offeratur gratia. nō tñ eā omnes accipiūt [et ego resuscitabo eum in nouissimo die]. Ly. q̄z non est anima ad plenuz beata donec fuerit corpori reunita [scriptū est in ꝓphetis. Erūt omnes docibiles dei]. Tho. i. capaces diuine doctrine [oīs q̄ audiuit a patre]. s. diuinas inspiratiōes ꝑcipiēdo [⁊ didicit] eas seq̄ndo [venit ad me]. ꝑ fidē formatā in p̄senti. ⁊ ꝑ gl̄iam in futuro [nō quia patrem vidit quisq̄z nisi is q̄ est a deo]. s. filius q̄ naturaliter ꝓcedit a patre. [Amen amen dico vobis q̄ credit in me habet vitā eternā] Tho. id est. meipsum q̄ sum vita et̄na. [ego sum panis vite]. q̄a ille est ver⁹ panis q̄ potest p̄seruare a morte ⁊ dare vitā eternā. tal̄ panis est christ⁹ [patres vestri māducauerūt māna in deserto] ꝑ quadraginta annos. vt habet̄ Exo. xvj. Deut. viij. [et mortui sunt] omnes corꝑali morte [hic est panis d̄ celo descendēs] ꝑ incarnationē quem p̄figurabat māna [vt si q̄s ex ip̄o māducauerit]. s. digne [nō morie t̄] Tho. in p̄nti ꝑ culpaz. ⁊ in futuro ꝑ eternā penā [ego sum panis viuus]. i. viuificās comedētē [q̄ de celo descēdi] vt essem panis hoīm q̄ erā panis angelorum [si q̄s māducauerit ex h̄ pane viuet in eternū] q̄a iste panis in manducantem

nō cōuertit. sz eū in se ꝯuertit. ꝑm q̄d dictū est beato augustino. Nec tu me mutabis i te sicut cibū carnis tue. sz tu mutaberis in me. [et panis quem ego dabo caro mea ē] ipsa enim caro christi ⁊ ipse totus christus ibi veraciter continet ꝑm deitatem corpus ⁊ animam

¶ In octaua pentecostes. Euāgelium scdm Johā. iij.

In illo tempore. Erat homo ex phariseis nicodem⁹ noīe princeps iudeoꝝ. hic venit ad iesū nocte et dixit ei. Rabbi. Scim⁹ qꝛ a deo venisti magister. Nemo eniz pōt hec signa facere que tu facis nisi fuerit de⁹ cū illo. Respōdit iesus et dixit ei. Amen amen dico tibi. Nisi quis renat⁹ fuerit denuo non pōt videre regnū dei. Dicit ad euz nicodem⁹. Quō pōt hō renasci cū sit senex. Nūquid pōt in ventrem matris sue iterato introire et renasci. Respōdit iesus. amen amen dico tibi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spūsancto. nō pōt introire in regnū dei. Qd̄ natū est ex carne caro est. et qd̄ natū est ex spū spūs est. Nō mireris qꝛ dixi tibi. oportz vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat et vocē eius audis. sz nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui nat⁹ est ex spū. Respōdit nicodem⁹ et dixit ei. Quō possunt hec fieri. Respōdit iesus et dixit ei. Tu es magister in israel et hec ignoras. Amen amen dico tibi bi. qꝛ qd̄ scimus loquimur. et qd̄ vidimus testamur et testimoniū nostrum nō accipitis. Si terrena dixi vobis et nō creditis. quō si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascendit in celū nisi qui descēdit d̄ celo fili⁹ homīs qui est ī celo. Et sicut moyses exaltauit serpentē ī deserto ita exaltari oportet filiū hoīs vt omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitā eternā

Postilla

Erat hō ex phariseis nicodemus noīe Joh. iij. Historia huius euāgelij facta est anno christi. xxxj. xvj. kal. maij. feria. iiij. inditōne. iiij. luna. v. Aū initium illi⁹ euāgelij scribit sanctus Johānes in p̄cedenti capitulo. Cum iesus esset hierosolimis in pasca ī die festo multi crediderūt in nomīe eius. vidētes signa eius q̄ faciebat. Tūc postmoduz sequit euangeliū hodiernū [Erat homo ex phariseis] Iste enī fuit vn⁹ illoꝝ de quib⁹ Joh. ij. dicit. Q, multi crediderūt in iesum vidētes signa q̄ faciebat. sed ꝓpter iudeos nō cōfitebātur. vt de synagoga nō eijcerentur [ex phariseis]. Tho. hec secta erat ꝓbabilior et honorabilior inter oēs sectas iudeorum [nicodem⁹ nomīe] ipse enī postmodum sepe iuit ad christū. vt habetur Jo. xix [princeps iudeoꝝ]. fuit enī magnus inter iudeos ⁊ honorat⁹ [hic venit ad iesum nocte] timuit enī venire in die ne incurreret ī dignationem iudeoꝝ q̄ iam ꝯspirauerunt Joh. ix. vt si q̄s eū cōfiteret christū extra synagogā fieret [et dixit ei. Rabbi. Scimus quia a deo venisti magister] Ly. i. certum est mihi q̄ tua doctrina est v̄a et a d̄o data. ⁊ nō humanitus cōficta [Nemo potest h̄ signa facere que tu facis nisi deus fuerit cū eo. Rn̄dit iesus ⁊ dixit] Ly. hic ponit christi respōsio. q̄a videbat nicodemū fideliter et veraciter querere doctrinā quātū ad secreta fidei. Et ideo incepit a p̄mo sacramento scz baptismi. q̄ est regeneratio spūalis. ⁊ per cōsequēs necessaria ad salutē [Amen amē dico tibi. nisi q̄s renat⁹ fuerit denuo] id est iterū ꝑ generationē spūalē [nō pōt videre regnū dei] Ly. visio eī dei no potest hoīb⁹ cōpetere nisi ꝑ grām. et ad hāc grām consequendā requirit generatio spūalis. ꝑ quaz hoīes fiūt filij dei. et ꝑ cōsequēs heredes vite celestis. [dicit ad euz nicodem⁹ quō pōt homo renasci cū sit senex. nunquid potest

in ventrē matris sue iterato introire ꝛ renasci ¶ q.d. nō. quia quātitas nō pmittit ¶ Respōdit ihesus. Amen amen dico tibi. nisi qs renatus fuerit ex aq̄ ꝛ spū sancto ¶ q.d. Tu de carnali generatiōe intelligis q̄ ego d̄ spirituali generatiōe dico ¶ nisi qs renatus fuerit ¶ spūali generatiōe que fit ¶ ex aq̄ et spū nō potest introire in regnū dei ¶ Ex hoc habemus q baptism⁹ est quedā spūalis generatio. Et est pmū sacramentū ꝛ ianua omnium sacramētoꝝ ꝛ sine eo null⁹ saluatur. ¶ qd̄ natū est ex carne ¶ p̄m vtutē carnal' generationis ¶ caro est ¶ i. pstituit in vita carnali tantū ¶ ꝛ qd̄ natū est ex spū spūs est ¶ i. pstituitur in vita spūali ¶ nō mireris ¶ i. nō debes admirari. ¶ qa dixi tibi oportet vos nasci denuo ¶ qa nō loquor de generatōne carnali de qua tu arguis. sed de spirituali. ¶ spūs vbi vult spirat ¶ s. dando gratiā cui vult. vt ad Ro. ix. Cui vult miserē ꝛ quem vult indurat. ¶ ꝛ vocē eius audis ¶ s. in p̄dicationib⁹. vt patet Mathē. x. Nō enī vos estis q̄ loq̄mini. sed spūs patris vestri q̄ loquitur in vobis. ¶ et nescis vnde veīat aut quo vadat ¶ Hñ Aug̃. dicit. q illa verba de spū sancto intelligēda sunt. q̄ in pphetis ꝛ in scripturis sacris loquit̄. sed p̄ncipiū huius scripture. s. spūs sanctus ꝛ ei⁹ finis scz beatitudo celestis nobis occultantur ꝛ sola fide tenetur. ¶ Hic est omnis q̄ nat⁹ est ex spū ¶ scz sancto. i. in vita spūali cōstituit̄ ¶ Rñdit nicodem⁹ ꝛ dixit ei. quō possunt hec fieri ¶ Hor. in hoc notat̄ diligentia in nicodemo. qa nō cessauit q̄rere donec intelligeret ¶ rñdit ihesus ꝛ dixit ei. Tu es magister in israel ꝛ hec ignoras ¶ Hor. q.d. te iudei magnum doctorez reputāt. et tñ ignoras fidei initia ꝛ viā salutis ¶ Amen amen dico tibi. qa qd scimus loq̄mur ¶ s. ego ꝛ mei apli ¶ ꝛ qd vidim⁹ testamur ꝛ testimoniū nostrū nō accipitis ¶ sic pbatū ꝛ certū ¶ si terrena dixi vobis ¶ Tho. de regeneratiōe baptismi q̄ fit in aqua ꝛ spū ¶ ꝛ nō creditis. quō si dixero vobis celestia credetis ¶ s. generatiōz eternaz filij dei a patre ꝛ filio credetis ¶ ꝛ nemo ascēdit ī celum ¶ i. nemo bz virtutē illuc ascēdē di pp̄ria potestate ¶ nisi q̄ descēdit de celo filius hois q̄ est in celo ¶ p̄ p̄ticipatiam ꝛ immensitatē diuinitatis. ergo q̄libet hō qui ascendit ꝛ saluat ascēdit p christuz. ¶ ꝛ sicut moyses exaltauit serpētē ¶ Sic christ⁹ agit d̄ sua passione a qua vtutē bz baptism⁹. ꝛ omnia alia sacramēta dicēs: ¶ sicut moyses exaltauit serpentē ¶ vt legit Nu. xxi. q murmurantibus iudeis ꝓ deuz ꝛ moysen ꝛ dicētibus. Anima nostra nauseat sup cibo isto leuissimo immisit dñs serpētes ignitos q̄ eos inficiebāt. Clamāte aūt moyse ad dñm. iussit dñs serpentē fieri eneum ꝛ affigi in palo vt aspiciētes in eū p̄cussi a serpētib⁹ sanarent̄ hic serpēs fuit figura passiōis christi. qa serpens ene⁹ affixus in palo fuit christ⁹ innocens affix⁹ in patibulo crucis. ad cui⁹ aspectum scz p fidē ꝛ amorē sanat̄ in nobis venenū peccati. ꝛ ignite ꝓcupiscentie ¶ ita exaltari oportet filiū hois ¶ Tho. Hic ostendit modū sue passiōis. Voluit aūt dñs noster ihesus christ⁹ illo modo mori scz exaltat⁹ in cruce. vt sicut terrā purgauerat sua cōuersatiōe. ita purgaret aerē ꝛ omia celestia sua passione. ꝛ vt terrena cū celestib⁹ pacificarz Et ideo steterit q̄si medi⁹ inter celū et terraz. vt p̄z p aplm dicentē. Pacificās p sanḡnē crucis ei⁹. sive q̄ sunt in terris sive que i cel' sunt. ¶ vt oīs qui credit in ip̄m ¶ s. vera fide. ¶ nō pereat ¶ morsu serpentū. i. demonū infectione vicioꝝ ꝛ morte supplicioꝝ ¶ scz habeat vitā eternā ¶ hic in spe ꝛ postea in re. Circa p̄ns euangeliū vbi dicit. Nisi qs renat⁹ fuerit. Notandū q Hugo de prato dicit q deus a p̄ncipio mūdi vsq; modo ꝓtra peccatum originale tollendū remedia ordinauit. Nā homo fecit morbū. et deus fecit remediū. Primū remediū fuit sacrificium mp adultis. Et inde ē q̄ antiq̄ patres deo sacrificiū offerebāt Si aūt puuli moriebant̄ añ vsum liberi arbitrij. sufficiebat eis fides parentū. vt sicut fuit a parētibus introductū peccatū. ita p eos dē deleret̄. Si aūt pentes puuloꝝ q̄ moriebant̄ nō erāt fideles. puuli nō sanabāt̄ur. Secundū remediū fuit circumcisio tpe abrae. quia deus mandauit

abrae vt ipse ⁊ posteri ei⁹ debebāt circum-
cidi. Tertiū remediū fuit baptismus quez
christ⁹ instituit qui nō solū purgat pctūm
originale ⁊ actuale. sz etiā aperit celū qđ cir
cumcisio nō fecit. et h̄ facit baptism⁹ in vir
tute passionis christi ⁊ in signū hui⁹ exiuit
de latere christi sanguis ⁊ aq̄.

¶ In festo corporis christi. Euan
gelium scđm Johā. vi.

Nillo tempore. dixit
iesus discipulis suis et turbis iude
orum. Caro mea vere est cibus. et
sanguis me⁹ vere ē pot⁹. Qui mā-
ducat meā carnē. et bibit meū san
guinem. in me manet et ego in eo
Sicut misit me viuēs pater et ego
viuo ꝓpter prēm. Et qui māducat
me et ipse viuet ꝓpter me. Hic est
panis qui de celo descendit. Non
sicut māducauerunt patres vestri
manna in deserto et mortui sunt.
Qui manducat hunc panem viuet
in eternum

Postilla

Caro mea uere est
c cibus. ⁊ sanguis ꝛc. Joh. vi. Histo
ria hui⁹ euangelij facta est Anno
christi. xxxij. xviij. kal. maij. feria. iij. inditiōe
v. luna. xxiiij. Aū initiū illi⁹ euāgelij scribit
sanct⁹ Joh. in eodē ca. q̄ christus dixit tur
bis iudeoꝝ Amen amen dico vob̄ nisi mā
ducaueritis carnē filij hoīs ⁊ biberitis eius
sanguinē nō habebitis vitā in vob̄. Tunc
postmodū sequit̄ euāgeliū hodiernū. ⌊Ca
ro mea v̄e est cib⁹⌋ Hic christ⁹ loquitur đ
sacramēto eucharistie. in q̄ sacramēto cōti
net̄ v̄a caro christi crucifixi in cruce. et san
guis ei⁹ effusus ī passiōe dicēs ⌊Caro mea
v̄e est cib⁹. ⁊ sanguis me⁹ v̄e est pot⁹⌋ Ly.
Caro enī ⁊ sanguis christi reficiūt animaz
que īmortalis est. Cib⁹ aūt corpal̄ reficit tā
tum corp⁹ qđ est corruptibile. Uñ Aug⁹.
Cū in cibo ⁊ potu hoīes id appetāt vt oīno
nō esuriāt neqz sitiāt h̄ veraciter nō p̄stat
nisi iste cib⁹ ⁊ pot⁹ q̄ eos a q̄bus sumit̄ im
mortales ⁊ incorruptibiles reddit. et facit
socios sanctoꝝ vbi pax erit ⁊ vnitas ⌊q̄ mā
ducat meā carnē⌋ spūali manducatiōe ⌊et
bibit meū sanguinē⌋ ꝑ dilectionē ⌊ī me ma
net ⁊ ego in eo⌋ Tho. In iā dictis v̄bis dat
christ⁹ intelligere differentiā istius cibi ad
alios carnales cibos. Alij enī cibi ꝯuertun
tur in manducantē. Iste cib⁹ manducantē
in se cōuertit. vt dictū est sancto augustino
Nō tu me mutabis in te sicut cibuz carnis
tue. sed tu mutaberis in me ⌊sicut misit me
viuens pater⌋ Tho. i. hominē fecit ⌊sic ego
viuo ꝓpter patrē⌋ referendo totā vitā meā
ad ipsum ⌊⁊ q̄ manducat me. ⁊ ipse viuet ꝓ
pter me⌋ quia vnimur deo ꝑ fidē ⁊ dilectō
nem in ꝑceptiōe sacramēti ⌊hic est panis q̄
de celo descēdit⌋ i. de sinu patris. Anselm⁹
Ut panē angeloꝝ māducaret hō rex ange
loꝝ fact⁹ est homo ⌊nō sicut māducauerūt
patres vestri māna ī deserto ⁊ mortui sūt⌋
Ly. ⁊ iō nō fuit v̄e cibus celestis. sed tantuz
figura eius. q̄a vitā spūalem nō cōferebat.
sed eandē dari in h̄ sacramēto p̄figurabat.
sicut enī māna deuotis ⁊ g̃tis dabat oīum
ciboꝝ delectamentū. Malis autē erat insi
pidum. sicut đr Nu. xxi. Aīa nostra nause
at sup cibo isto lenissimo. Sic eucharistia
digne sumētib⁹ est vite spūalis solatiū. ⁊ in
digne sumētib⁹ iudiciū. ⌊q̄ māducat hunc
panē⌋ Ly. digne ⌊viuet in eternū⌋ Uñ Au
gustin⁹. Qui ex nobis vitaz eternā habere
nō possum⁹. panē celi māducare debem⁹
vt viuam⁹. Uñ Remi. Cū oīs sal⁹ corpis ⁊
aīe est in corpis ⁊ sanguinis susceptiōe. ho
norem⁹ christū in hoc sacramēto. vt medi
ante hoc sacratissimo sacramento ad eter
nam salutē ꝑuenire mereamur. Uñ circa
p̄ñs euāgeliū vbi đr. Qui māducat hunc
panē. Notandū q̄ panis ⁊ vinū inter ꝯsue
ta nutrimēta maxīe corp⁹ nutriūt ⁊ susten
tant Instituit ergo dñs iesus christus sub
his spēb⁹ vt intelligerem⁹ per h̄ q̄ sicut pa
nis ⁊ vinū maxīe nutriūt corp⁹ ⁊ sustētant
Sic ꝯtentū sub istis spēbus maxīe sustētat
nutrit ⁊ reficit aīam. Hoc enī sacramentū

digne sumptū int̄ oīa alia sacramēta plus efficit ⁊ auget charitatē. ⁊ ꝯsequēter oēs v̄tutes. ⁊ maxīe valet ad dimissionē oīm peccatoꝝ ꝛc. vñ etiā magister sn̄iaꝝ li. iiij. dis. xj dicit ꝙ sub hmōi spēbus panis ⁊ vini post ꝯsecratiōz sunt oīa q̄ sunt ī christo ī sua existētia naturali. q̄a ibi ē purissima caro xp̄i siue corp⁹ ei⁹. q̄d fabricāte spū sācto tractū fuit de sup̄bn̄dicto vtero v̄ginis gloriose ⁊ q̄d nūc glorificatū est ī celo. Secūdo q̄ caro christi nō viuit sine sanguine. iō est etiā ibi sanguis iste p̄ciosus q̄ emanauit abundāter p multiplicia vulnera dn̄i nostri Jesu xp̄i. Tertio q̄a nō est ver⁹ hō sine aīa rationali. ꝓpter q̄d etiā est ibi aīa christi. cui datus est spūssctūs nō ad mensurā. Quarto q̄ christ⁹ est ver⁹ de⁹. iō ꝯsequēter est ibi p sona filij dei sue hūanitati vnita. in vnitate suppositi. Et sicut h̄ q̄ttuor sunt ꝙ q̄dlibz eorum ē veracit̄ sub specie panis. ita ⁊ oīa sil̄. ⁊ q̄dlibet in calice sub specie vini ꝯtinet̄. nec plus sub specie panis q̄z ī calice sub specie vini ꝯtinet̄. aut ecōuerso. sz idē p oīa ⁊ eodez mō ꝛc. Itē notādū ꝙ christiani nō adorāt ī hoc sacramēto panē. cū ex fide sciūt illū ibi nō esse. sz substātialiter v̄sum in christi verꝝ corpus. Nec adorāt spēs sacramētales vt deū. ⁊ accidētia q̄ remāserūt. sz adorāt christū dn̄m verꝝ deū ⁊ hoīem sub istis spēbus inuisibilit̄ existentē ⁊ realit̄ p̄ntem. Sic sil̄r in calice post ꝯsecrationē nō adorāt vinuz cū nō sit ibi. sz est substātialiter v̄sum in sanguinē christi. Nec adorāt spēs vini vt deū. sed adorāt christū dn̄m verꝝ deū ⁊ hominē sub istis spēbus sic inuisibilit̄ existentē et realiter p̄sentē. Itē notandū ꝙ nō dz quisq̄m credere ꝙ in diuisione hostie diuidat̄ ⁊ laceret̄ corp⁹ christi. Aut ꝙ in hostie sumptōe corp⁹ christi ꝯteratur dentib⁹. aut ꝙ corp⁹ christi digerat̄ ⁊ in corp⁹ sumētis cōuertat̄ sicut alij cibi. sz sole spēs frangunt̄ ⁊ atterūt̄ q̄bus ꝯsumptis desinit ibi eē corp⁹ christi ⁊ remanet in aīa sol⁹ sacramēti effect⁹. qui est aīe refectio p augmētū grē et v̄tutū. Vñ etiā Damas. dicit. Dū spēs sentit̄ sacramētum est. dū aūt desinit sentiri sacramentuz nō est ꝛc. Itē sciendū ꝙ tota eccīa catholica isto sacramēto reficit̄. Vñ Greg. Offertur enī p gl̄ia beatorū. p salute viuoꝝ. ⁊ p subita liberatiōe ī purgatorio detētorū. Ad q̄d designādū hostia frāgit̄ in tres ptes. et xp̄s integraliter est in q̄libet. Vñ de h̄ d̄ri decretis. In q̄libet pte hostie tot⁹ ⁊ integer ē christus de⁹. xvj. q. ij. Singuli. Vñ etiā Greg. papa. Particula ī calice missa sig̃ficat beatos in patria. q̄ vino eterne dulcedinis inebriātur. Alie v̄o due pticule que dentibus atterūtur significāt illos qui vl̄ in p̄nti vita vel etiaz in purgatorio in penis trāsitorijs affliguntur

¶ Dominica prima post octauas pentecostes. Euā. scd̄m Lu. xvj.

Illo tempore. dixit iesus turbis iudeoꝝ et phariseorū Homo quidā erat diues qui induebatur purpura et bisso. et epulabatur quotidie splēdide. Et erat quidam mendic⁹ noīe lazar⁹ qui iacebat ad ianuā ei⁹ vlceribꝰ plen⁹. cupiens saturari de micis que cadebant de mēsa diuitis. et nemo illi dabat. Sz et canes veniebāt et lingebant vlcera ei⁹. Factū est aūt vt moreretur mēdicus et portaretur ab angelis in sinū abrae. Mortu⁹ est aūt et diues et sepult⁹ est ī inferno. Eleuās aūt oculos suos cū eēt in tormētis. vidit abraā a longe et lazarū in sinu ei⁹. et ipse clamās dixit. pater abraā miserere mei ⁊ mitte lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquā vt refrigeret linguaz meā. q̄z crucior in hac flāma. Et dixit illi abraā. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua. et lazarus sil̄r mala Nunc aūt hic cōsolatur. tu vero cruciaris. Et in his oībus inter nos et vos chaos magnum firmatum est vt hi qui volūt hinc trāsire ad vos nō possint. neqz ind̄ huc trāsmeare. Et ait. Rogo ergo

te pater vt mittas eū in domū pa
tris mei. Habeo eī quinqꝫ fratres
vt testetur illis. ne et ipsi veniāt in
hūc locū tormētoꝝ. Et ait illi abra
am. habēt moysen et ꝓphetas au
diant illos At ille dixit. Nō pater
abraā. sꝫ si quis ex mortuis ierit ad
eos. pniam agēt Ait aūt illi. si moy
sen et prophetas non audiūt neqꝫ
si quis ex mortuis resurrexerit cre
dent Postilla.

Homo quidā erat

diues ꝛc. Lu. xvi. Historia hꝰ euan
gelij facta est Anno christi. xxxij. v.
kalē. octobris. dñica. inditione. v. luna. xiij.
Añ initiuꝫ p̄sentis euāgelij scribit sanctus
lucas in eodē capl'o ꝙ christus dixit q̄ fide
lis est in minimo. ⁊ in maiori fidelis est. Et
qui in modico iniquus est. ⁊ in maiori ini
quus est. Nō potestis deo ꝑuire ⁊ māmo
ne. Audiebāt aūt oīa hec pharisei. qui erāt
auari ⁊ deridebāt eū. Et ait illis. vos estis
q̄ iustificatis vos corā hoībꝰ. Deꝰ autē no
uit corda vestra. q̄a q̄d hominibꝰ altuꝫ est
abominatio est apud deū Tūc postmodū
quibus misteriū incarnationis et redēpti
onis p̄dicatū est ꝑ apl̄os. ꝑm qd̄ d̄r in p̄s. x
viij. In omnē terrā exiuit son⁹ eoꝝ ꝛc. [Lu
men ad reuelationē gentiū] Ly. qui prius
errore tenebant̄ [et gloriaz plebis tue isrl̄.]
magna est enī gl̄a iudeis ad christi fidez cō
uersis. quia christus ꝑm carnem natus est
de ipsis.

¶ In festo cathedre sancti petri

In illo tempore. Veit iesus in partes cesaree philippi ꝛc. Hoc euangeliū cum postilla sua quere infra in festo apl'oꝝ petri et pauli.

¶ In festo sancti mathie apostoli. Euā. ſm Mat. xi.

In illo tempore respōdens iesus dixit. Cōfitebor tibi pater dñe celi et terre. qꝛ abscondisti hec a sapientib⁹ ⁊ prudētib⁹ et reuelasti ea paruulis. Ita pater q̄niam sic fuit placitū ante te. oīa mihi tradita sunt a patre meo. et nemo nouit filiuz nisi pater. neqꝫ patrē quis nouit nisi filius. et cui voluerit fili⁹ reuelare. Venite ad me oēs qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Tollite iugum meū sup vos et discite a me qꝛ mitis sum et humil' corde. et inuenietis requiez animabus vestris. Jugū eni meuz suaue est. et on⁹ meū leue.

Postilla

Confitebor tibi pat' dñe celi ꝛc. Mat. xi. Historia b⁹ euāgelij facta est Anno xp̄i. xxxj. idus decēbris. luna. x. inditione. iiij Ante initiū illi⁹ euāgelij scribit sctūs mat. in eodē capl'o q̄ xp̄s dixit pharisеis ⁊ iudis Veit eī ioh̄s. neqꝫ māducās neqꝫ bibēs. et dicūt demoniū bꝫ. Veit fili⁹ hoīs māducās et bibēs. et dicunt Ecce hō vorax ⁊ potator vini. pblicanoꝝ et pctōꝝ amic⁹ Tūc p⁹ hec v̄ba seq̄t euā. ho. Cōfitebor tibi pat'. Ly. id est ad gl'az tuā declaro. qꝛ abscōdisti h̄ Ly. i. misteria fidei. a sapiētib⁹ ⁊ prudētib⁹ .s. scrib et pharisеis in sua sapīa ꝯfidentib⁹. ⁊ isti sūt sapiētes in ocul' suis sꝫ nō simpl'r ⁊ reuelasti ea puul' Ly. i. hūilib⁹. Et ex h̄ patꝫ q̄ cā ex pte credentiū fuit eoꝝ hūilitas q̄ ad verā sapīaz dispōit. vt d'r puerb. xj. Ubi humilitas ibi sapīa. Ex pte aūt nō credētiū fuit eoꝝ supbia q̄ est excecatiua intellect⁹ ita pater q̄niā sic fuit placitū ante te. Gor. q̄ abscōdisti ab illis et reuelasti istis oīa mihi tradita sūt Gor. i. dominiū sup oīa. et nemo nouit filiū nisi pater. Gor. eēntialit' plene et pfecte. hoc dico ppt' hoīes q̄ cognoscunt p fidē neqꝫ prēm q̄s nouit nisi fili⁹. Ly. quia xp̄s est mediator dei et hoīm. ideo noticia diuinoꝝ ad nos deriuat' p ip̄m. ⁊ iō subdit' et cui voluerit fili⁹ reuelare. Ly. et quia dei fili⁹ est mediator dei et hoīm. ideo secure possum⁹ accedere ad ip̄m. vñ d. venite ad me oēs q̄ laboratis et onerati estis et ego reficiaz vos Ly. in pñti p grām. et in futuro p gl'az tollite iugū meuz sup vos. Ly. i. legē euāgelicā et discite a me qꝛ mitis suz Ly. nullū ledēdo et hūilis corde nemine ꝯtēnendo et inuenietis req̄ez aīab⁹ vestris .s. in pñti et in futuro. vñ aug̃. in li. cōfes. Inq̄etū est cor meū donec req̄escat in te Que q̄dē q̄es h̄ incboat'. sed in patria pficietur. vt patet Apocal'. xiiij. Amodo iā dicit sp̄ūs vt req̄escāt a laborib⁹ suis iugū eniz meū suaue ē. et on⁹ meū leue qꝛ ſm qd d'r. i. Joh. v. Mandata eius g̃uia nō sūt. Qd exponēs aug̃. dicit. s. amanti. Vñ Rab. q̄d xp̄i iugo suaui⁹. q̄d onere leui⁹. s. abstinere a malo. bonū velle. omnes amare. eterna sequi. presentibus nō capi. nolle alijs facere qd non vis pati.

¶ In festo annunciatōnis Marie virginis. Euangelium ſm Lucam. j.

In illo tempore. miss⁹ est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth. ad v̄ginem desponsataz viro cui nomē erat ioseph de domo dauid. et nomen virginis maria. et ingress⁹ angelus ad eā dixit Aue gratia plena domin⁹ tecuz. Benedicta tu in mulieribus Que cum audisset turbata est in sermone ei⁹. Et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria inue-

nisti eni gratiā apud deuz. Ecce cō
cipies in vtero et paries filiū ⁊ vo
cabis nomē ei⁹ iesum. Hic erit ma
gn⁹ et filius altissimi vocabitur. Et
dabit illi dn̄s de⁹ sedē dauid patris
ei⁹. et regnabit in domo iacob ine
ternū. et regni ei⁹ nō erit finis. Di
xit autē maria ad angeluz. Quō fi
et istud quoniā virū nō cognosco.
Et rn̄dens angel⁹ dixit ei Spūssan
ctus sup̄ueniet in te et virtus altissi
mi obūbrabit tibi Ideoqz et quod
nascet ex te sanctū. vocabit̄ fili⁹ dei
et ecce elizabeth cognata tua ⁊ ip̄a
cōcepit filiū in senectute sua. ⁊ hic
mensis est sextus illi que vocatur
sterilis. qr nō erit īpossibile apd̄ de
um omne v̄buz. Dixit autez maria
Ecce ancilla dn̄i. fiat mihi s̄m v̄bū
tuum.

Postilla

Missus est āgelus

m gabriel a deo ꝛc. Lu. j. Historia h⁹
euā. facta est anno xpi prīo vsua
li. viij. kl̄. apr̄il. feria. vj. luna. xv. inditiōe. iij.
Ante initiū illi⁹ euāgelij scribit sctūs Lu. in
eodē capl̄o. q̄ āgel⁹ gabriel apparuit zacha
rie in tēplo dicēs. Ne timeas zacharia q̄ni
am exaudita est dep̄catio tua. Et vxor tua
elizabeth pariet tibi filiū ⁊ vocabis nomen
eius iohānes. ⁊ erit magn⁹ corā dn̄o. vinū
⁊ sicerā non bibet. et spūsancto replebit̄ ad
huc ex vtero matris sue ꝛc. Et postmoduz
cōcepit elizabet vxor ipsius ⁊ occultabat se
mensibus. v. dicēs. Qr sic fecit mihi dn̄s in
dieb⁹ q̄bus respexit auferre opprobriū meū
inter hoīes. In mense aūt sexto. s. a cōceptu
precursoris [Missus est āgel⁹] gor. i. nun
cius vel legat⁹ [gabriel] vn̄ Bed. Gabriel
fortitudo d̄r. qr illū nūciabat qui debellare
dyabolū veniebat [in ciuitatē galilee] gor.
in ciuitate cōcipi voluit. quia oēs homīes
ad vnitatē sup̄ne ciuitatis vocare venit. et
īhabitare fecit [cui nomē nazareth] vt adī
pleretur illd̄ ꝓpheticū. Mat. ij. Quoniam
nazareus vocabit̄ [ad v̄ginez despōsatam
viro] Ly. hoc diuina ordinatiōe factū est vt
despōsaret̄ anteq̄z imp̄gnaret̄ Primo ex p̄
te pueri ne ab infidelib⁹ tāq̄z illegitime na
tus abijceret̄. vn̄ di. Amb. sup̄ Lu. q̄d hero
di quid iudeis posset ascribi si natū ex adul
terio viderēt̄ p̄seq̄ Itē vt puer nat⁹ a ioseph
nutriret̄. vn̄ d̄r pater eius q̄a nutrci⁹ ei⁹ fuit.
Secundo ex parte matris. vt s̄m amb. p̄ h̄
ab infamia liberaret̄. Itē s̄m hiero. vt virgi
ni a ioseph exhiberet̄ ministeriū [cui nomē
ioseph de domo dauid.] ad ostendenduz
q̄ xp̄s descēdit de semīe dauid sicut fuerat
per ꝓphetas predictū Nā maria et ioseph
cui despōsata fuit. erāt de eadē tribu. s. ipsi
us dauid. Iūgebant̄ eni vt frequēti⁹ muli
eres viris de tribu sua [et nomē v̄ginis ma
ria] Ly. q̄ aūt hic ponūt̄ tot noīa ꝓpria. s. an
geli missi. v̄ginis ad quā missus fuit. sponsi
sui et loci. hoc fuit ad oñdendū certitudinē
historie [et ingressus angel⁹ ad eam] Gor.
ex hoc p̄z q̄ non erat foris in publico. vnde
bern̄. sup̄ missus est dicit. q̄ ingress⁹ in secre
to cubiculo vbi clauso sup̄ se hostio orabat
patrem in abscondito. Si eniz conceptō p̄
cursoris fuit denūciata patri occupato in
sacro officio. vt habetur Lu. j. multo pro
babilius est q̄ cōceptio saluatoris denūci
ata fuit virgini in deuotione ⁊ oratōe actu
aliter existenti. imo aliqui doctores volunt
q̄ beata virgo illud dictum ꝓpheticū actu
legit. q̄d habetur esa. vij. Ecce virgo ꝯcipiet
et pariet filiuz. q̄n angelus ad eam ītrauit
dicēs [Aue gratia plena] Quod exponit
hiero. in sermone de assumptione. Et bene
plena. quia ceteris per partes prestatur g̃
tia. Marie vero tota se simul infudit pleni
tudo gratie. Item ista gratia non soluz im
pleuit eius mentem. sed etiam ventrem in
q̄ntum singulari gratia dei factuz est vt cō
ciperet saluatorem [dominus tecum] Ly.
non tantum per essentiam potentiam ⁊ p̄
sentiam qualiter est in omnibus reb⁹ Nec
solū per grām eo mō q̄ est in sāctis hoīb⁹.
sz etiā p̄ carnis assūptōnē. quia corp⁹ deita
ti vnitū. fuit formatū de beate virginis pu

rissimis guttis sanguineis. et intra v̄ginis viscera latuit. ix. mēsibus | bn̄dicta tu i mulierib⁹ | ly. i. p̄ oībus mulierib⁹. nā et mulieres bn̄dicent̄ in te sicut viri in filio. gor. sūt enī aliq̄ mulieres bn̄dicte. q̄r v̄gines. s3 non fecunde. Aliq̄ fecunde. sed nō v̄gines. s3 h̄ simul v̄go et fecūda | q̄ cū audisset turbata est. | ly. Beata v̄go solita erat vid̄re āgelos ideo de apparitōne āgeli nō fuit admirata vel turbata. sed de salutatione insolita. q̄a nihil mirabili⁹ ē vere humili q̄3 sua exaltatio. et ideo cū beata v̄go esset humilima audiens salutationē tāte excellētie turbata fuit nō turbatione īcredulitatis sicut zacharias pater Joh̄is baptiste. vt d̄r Lu. i. sed turbata fuit turbatiōe admirationis. vn̄ seq̄t. | turbata est in s̄mone ei⁹ | .s. angeli nō aūt in visione | et cogitabat qualis eēt ista salutatio | ly. qn̄ enī turbata fuit v̄ginalē verecundiā on̄dit. q̄ aūt cogitauit de salutatione declarat prudentiā marie. et id̄o angel⁹ eam ꝯsolabat̄ dicēs | ne timeas maria | ly. de salutatione insolita | inuenisti enī gratiam apd̄ dn̄m | nō solū p te. sed p toto genere humano | Ecce ꝯcipies in vtero | ly. h̄ cōceptio facta est p v̄tutē spūssancti intra vterū v̄ginis corp⁹ filij formātis | et paries filium | ly. v̄go pmanēs in partu sicut ⁊ ī conceptu | et vocab̄ nomē ei⁹ iesuz | ly. nō dicit impones. q̄r hoc nomē fuit īpositū a d̄o patre s̄m qd̄ fuerat p̄dictuz a deo patre. vt habet̄ Esa. lxij. vocabit̄ tibi nomē nouū. qd̄ os dn̄i noīauit. Sed illud nomē fuit diuulgatū p angelū ipsi marie et ioseph. Jesus aūt interp̄tat̄ saluator. vn̄ d̄ h̄ habet̄ Matth. j. vocabis nomē eius iesū. Ipse enī saluuz faciet ꝑplm̄ suū a peccatis eoꝝ | h̄ erit magn⁹ q̄r magn⁹ dn̄s. vn̄ p̄s. xlvij. Magn⁹ dn̄s et laudabilis nimis. ⁊ magtudinis ei⁹ nō est finis | et fili⁹ altissimi vocabit̄ | ly. i. ipsi⁹ dei q̄ sol⁹ est altissim⁹. hō enī alt⁹ est int̄ creaturas corpales. Sed angel⁹ altior. Deus autē solus altissimus vnde in Psalmo. lxij. Tu sol⁹ altissim⁹ in omni terra | et dabit illi dn̄s deus sedē dauid patris ei⁹ et regnabit ī domo iacob | Gor. i. in oīb⁹ electis q̄ꝝ vniuersitas intelligit̄ p domuz iacob. i. familiā iacob que tota recepta est ī ꝑplm̄ dei | ineēnū | q̄r et h̄ p gratiā et in futuro p gloriaz | et regni eius nō erit finis | ly. xp̄s enī nō soluz ī quātū deus. sed etiaz inquātū hō regnabit ineēnū. nō solū sup hoīes. sed etiā sup āgelos | dixit autez maria ad angeluz. quō fiet istud. quoniā viruz non cognosco | ly. id est cognoscere non ppono s̄m illd̄ qd̄ dicūt doctores catholici. Beata virgo anteq̄z desponsaretur ioseph habuit obs̄uantiam castitatis virginalis in desiderio nō tamē expresse. Sed cum postea deo ordinante eēt desponsata ioseph qui erat in simili pposito. simul emiserūt votum | et respōdēs angelus dixit ei. spūssanctus supueniet in te | ly. i. non cōcipies mō humano. sed diuino. quia non v̄tute semīs virilis. sed v̄tute spiritussācti | ⁊ v̄tus altissimi obūbrabit tibi | quia in beata v̄gine sub vmbra carnis latuit v̄tus deitatis | ideoq3 et qd̄ nascet̄ ex te. | Gor. i. ex tua vera natura | sanctū | q̄r de sācto non nascetur nisi sanctū | vocabit̄ filius dei | ly. non adoptiu⁹ sicut alij. sed natural̄. | ecce elizabeth cognata tua et ip̄a ꝯcepit filium in senectute sua. et hic mens̄ est sextus illi q̄ vocat̄ sterilis | ly. eius eniz sterilitas a tanto tēpore iam erat nota q̄ sic vocabat̄. | quia non erit īpossibile apud deū omne v̄buz | .i. factū. quia dicere dei est facere. vn̄ p̄s. cxlviij. Dixit ⁊ facta sunt. ip̄e mandauit et creata sūt | dixit aūt maria. Ecce ancilla dn̄i | vn̄ Bern̄. Que ē h̄ taz sublimis humilitas. que cedere nō nouit honorib⁹. insolescere gl̄a nescit. mater dei eligit̄. et ancillam se nominat | Fiat mihi s̄m v̄bum tuuz. | ly. qd̄ statim factū ē. q̄r v̄tute dei cōcepit filiū

¶ In festo sanctorū philippi et iacobi. Euan. scd̄m Jo. xiiij

Nillo tempore. dixit

ies⁹ dis. s. Nō turbet̄ cor vrūz. creditis ī deū. et ī me credite. In domo pr̄is mei mā̄siōes mlte sūt Si q̄ min⁹ dixissem vobis. q̄r vado parare vobis locum. Et si abiero et prepa

rauero vobis locū. iteruz venio et accipiā vos ad meipsuz vt vbi ego sum et vos sitis. et quo ego vado scitis. et viā scitis. Dicit ei thomas Domīe nescim⁹ quo vadis. et quō possum⁹ viā scire Dicit ei ies⁹ Ego sum via veritas et vita. Nemo venit ad patrē nisi per me Si cognouissetis me ⁊ prēz meū vtiqz cognouissetis et amodo cognoscetis euz et vidistis eū. dicit ei philipp⁹. domine ostende nobis patrē et sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tāto tempore vobiscum sum. et non cognouistis me. philippe qui videt me videt et patrem meum. quō tu dicis ostende nobis patrē. nō credis qz ego in patre et pater in me est. verba que ego loquor vobis a meipso non loquor. Pater aūt in me manens ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre et pater in me ē alioquin ꝓpter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis. Qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet. et maiora hoꝝ faciet quia ego ad prēm vado. Et qđcūqz petieritis patrē in noīe meo hoc faciā.

Postilla

On turbetur cor

n vestrū ꝛc. Joh. xiiij. Historiā huiꝰ euāgelij dixit iesus āno eiꝰ. xxxiij. ix. kl. aplis. feria. v. luna. iiij. inditiōe. vj. Aīn initiū illiꝰ euāgelij scribit sanctꝰ Johes q̄ petrꝰ dixit ad iesum post cenā factaz. dñe q̄ vadis. Rñdit iesus. quo ego vado ñ potes me modo seq̄. seq̄ris aūt postea. dicit ei petrus. q̄re nō possum te seq̄ modo. aīam meam ꝑ te ponā. Rñdit iesus. aīam tuā ꝑ me pones. Amē amē dico tibi. nō cātabit gallus donec me ter neges. et ait discipul' suis ⌊ Nō turbet cor vestrū ⌋ ly. xp̄s p̄dixerat discipulis suis iude ꝓditionē. et petri negatōnem. et suā passionē et mortez. que oīa erāt discipulis turbationis materia Ideo dicit ⌊ Nō turbet cor vestꝝ ⌋ quasi pusillanimes effecti. propt̄ illa iā p̄dicta ⌊ creditis in deuz et ī me credite ⌋ ly. in q̄ oñdit suā deitatē ⌊ in domo patris mei māsiōes multe sūt ⌋ tho. domꝰ patris hic vocat' gl'a celestis. in q̄ sūt multi gradꝰ ⁊ diuersa p̄mia meritoꝝ. quia alia est claritas solis. alia lune. alia stellarū quia vnusq̄sqz q̄zto plꝰ deū ꝫ diligit. tanto clarius ibi deū vidbit ⌊ si quo minꝰ dixissez vobis ⌋ ly. q. d. si in celesti beatitudine esset aliq̄d minꝰ et defectuosū dicerē vob ⌊ quia vado parare vob locum. ⌋ in passione sua aperuit nobis ianuā regni celestis ⌊ et si abiero et p̄parauero vobis locū. iteꝝ venio ⌋ Tho. hoc fit in morte cuiuslibet electi et vltimo ad iudiciū extremū ⌊ et accipiam vos ad meipsū ⌋ tho. i. introducā in locuz paratū et in māsiones celestes ⌊ vt vbi ego suz. ⌋ tho. q̄ sum caput vestꝝ ⌊ ⁊ vos sitis ⌋ q̄ estis mēbra mea. i. vnā mecū gl'am habeatis ⌊ et quo ego vado scitis ⌋ s. ad patrē ⌊ et viaz scitis ⌋ ly. viā ꝑ quā iuit xp̄s. que fuit passio et mors ipsius ⌊ dicit ei tho. dñe nescimꝰ q̄ vadis. et qūo possumus viā scire. dicit ei iesus Ego suz via. ly. in q̄ztū hō. quia omīa que gessi in humanitate sūt via ꝑducēs vos ad gl'am ⌊ veritas et vita ⌋ in q̄ztū deus. q̄a veritas illuminat intellectū. et vita q̄etat et saciat desideriū. vel sic s̄m Tho. Ego sū via ducens. veritas lucēs. vita pascēs. vel sic. Ego suz via. nō errās. veritas. nō fallens. vita. ñ mortificans. vñ amb. Ingrediamur hanc viam. teneamꝰ veritatē. seq̄mur vitaz ⌊ Nemo venit ad patrē nisi ꝑ me ⌋ ly. in me credendo et me ope imitando. ⌊ Si cognouissetis me ⌋ ly. perfecte q̄ztū ad deitatez ⌊ et patrē meū vtiqz cognouissetis ⌋ quia pat' et filius sunt vnū in deitate ⌊ et cognoscetis eū amodo ⌋ quia post resurrectōnē suā aperuit illis sēsū vt intelligerēt scp̄turas. vt habet Lu. xxiiij. Et extūc discipuli xp̄i habuerunt pleniorem cognitionez de misterio trinitatis ⌊ et vidistis euz. ⌋ Lyra. quia vidēdo xp̄z viderunt suppositum filij in quo est natura diuina. que est idem qđ pater. et sic in filio qđammō patrē viderant ⌊ dicit ei philipp⁹

dñe ostende nobis patrē et sufficit nobis ⌋ Ly.q.d.credo v̄bis tuis.sed patrez videre desidero. Credidit enī phili⁹ p⁹ q̄ pater posset videri ocul' corpalib⁹ in hac mortali vita. Ideo seq̄tur ⌊ Tanto tēpore vobiscū suz et non cognouistis me ⌋ ly.q.di.magna ruditas est q̄ tādiu doctrinaz meā audistis.et adhuc ita parū me cognoscitis s̄m deitatē ⌊ philippe q̄ videt me ⌋ Ly.s̄m deitatē ⌊ vidz et patrē meū ⌋ Sicut eniz pat̄ nō videt̄ nisi cū beatitudine.sic nec fili⁹ in sua deitate.q̄a visio est merces sctōr̄ ⌊ qūo tu dicis ostende nobis patrē ⌋ ly.q̄a oculis corpalib⁹ nō est visibil' ⌊ nō credis q̄a ego in patre et pater ī me ē ⌋ Ly.q.d.istd̄ debes credere ⁊ sufficit tibi ad salutē ⌊ v̄ba q̄ ego loq̄r vob̄ a me ipso non loquor ⌋ .i.ab hūanitate tantū.sed deitate ⌊ pater autē in me manēs ipse facit opera ⌋ Ly.fili⁹ enī et pater sūt vnū in v̄tute opatiua.ex qua fiebant opa miraculosa ⌊ nō creditis quia ego in patre ⁊ pater ī me est ⌋ Tho.p idēptitatē eēntie et tñ distinct⁹ p̄sonaliter ⌊ alioquin ꝓpter opa ipsa credite ⌋ Ly.q.d.si v̄ba nō inducūt vos ad credēduz opa miraculoꝝ nature v̄tutē trāscēdētia debent vos ad hoc īducere ⌊ Amē amē dico vobis.q̄ credit in me.opa q̄ ego facio et ipse faciet ⌋ Tho.i.similia in genere.q̄a sicut ego curaui infirmos et suscitaui mortuos.sic ⁊ ipse suscitabit.⁊ sic d̄ alijs ⌊ et maiora hoꝝ faciet ⌋ Ly.hoc pz Primo q̄ pl'es conuersi sūt ad fidē p p̄dicationē apl'oꝝ q̄z per p̄dicationē xp̄i.q̄a p eos conuersa ē ml'titudo gentiū.p p̄dicationē autē xp̄i pauci iudeoꝝ. Itē apl'i p̄dicabāt oībus līguis.vt habet̄ act.ij. Cristus aūt predicabat in vna sola lingua.s.hebraica. Secūdo in miraculis.q̄a apl'i maiora miracula fecerūt. Magnuz enī reputatū fuit q̄ infirmi sanabant̄ ad tactū fimbrie vestimētoꝝ xp̄i.vt habet̄. Marc̄.vj. Sed maius videt̄ q̄ ad tactum vmbre petri sanabant̄ infirmi.vt ptz act.v. Itē xp̄s tres mortuos suscitauit.sed andreas simul et semel q̄draginta viros submersos suscitauit.vt habet̄ in legenda sua ⌊ q̄a ad patrē vado ⌋ tho.vt assistā vultui dei p vobis ⌊ et si q̄d petieritis patrē in noīe meo tho.ptinēs ad salutē. Nā nomē eius ē ies⁹ q̄ saluator interp̄tatur ⌊ hoc faciā ⌋ ho.in q̄ ostendit q̄ habet eandē ptātem cum patre ⌊ hoc faciā ⌋ Ly.s.eadem v̄tute qua et pat̄.

¶ In festo inuentionis sācte crucis.

Nillo tempore. erat

homo ex phariseis nicodem⁹ noīe ꝛc. Hoc euangelium cū sua postilla q̄re añ in festo trinitatis

¶ In festo sancti Johannis ante portā latinā

Nillo tempore. dixit

iesus petro sequere me.conuersus ꝛc. Hoc euangeliū cum sua postilla quere ante in festo sancti Jo.euā.

¶ In festo sancti Johannis baptiste. Euan.s̄m Lu.j.

Nillo tempore Eliza

beth impletū est temp⁹ pariendi ⁊ peperit filiuz. Et audierūt vicini et cognati ei⁹ q̄z magnificauit domī⁹ misericordiā suā cū illa.et congratulabātur ei. Et factū ē in die octauo venerūt circūcidere pueꝝ.⁊ vocabāt eū noīe patris sui zachariaz. et rñdens mater eius dixit Nequaquā.sed vocabitur iohannes.et dixerunt ad illaz.q̄z nemo est ī cognatione tua qui vocetur hoc noīe Innuebāt aūt patri ei⁹.quē vellet vocari eum.et postulās pugillarē scripsit dicēs Johānes est nomē eius et mirati sūt vniuersi. Apertū ē autem illico os ei⁹ ⁊ lingua ei⁹ ⁊ loquebatur benedicēs deū. Et fact⁹ est timor super oēs vicinos eoꝝ.et sup omnia montana iudee diuulgabātur omnia verba hec. Et posuerūt omnes qui audierant in corde suo dicentes.quisputas puer iste erit. etenim manus domini erat cū illo

et zacharias pater eius implet⁹ est spiritusancto. et prophetauit dicēs Benedictus dominus deus israel quia visitauit et fecit redemptionē plebis sue.

Postilla.

Elizabeth imple

e tum est temp⁹ pariendi. Luc. j.

Historia b⁹ euangelij facta est Anno xp̄i p̄mo vsuali. viij. kl̄. iulij. feria. vj. luna. xvij. inditione. iij. ante initiū illi⁹ euā gelij scribit sctūs Lu. in eodē capl̄o. q̄ post q̄z maria cōcepit iesum xp̄m. Exurgēs maria abijt in mōtana et intrauit domum zacharie et salutauit elizabeth. et mā sit cuz ea tribus mensibus. Nam in mense sexto a ꝯceptione Johannis venerat maria ad elizabeth. et in mense nono natus est Johannes. vnde h̄ dicitur [Elizabeth impletū est tempus pariendi] Ly. s. nouem mensium. ⁊ peperit filium] sicut per angelum fuerat predictum [⁊ audierūt vicini] Ly. i. illi qui erant ei cohabitantes [⁊ cognati eius] qui erant ex eius consanguinitate et affinitate [quia magnificauit dn̄s misericordiaz suam cum illa] Ly. i. magnaz misericordiam fecit ei. auferendo sterilitatis opprobriuz et dando ei tantum et talez filium sic annūciatum mirabiliter. et conceptum supnat̄aliter [⁊ congratulabantur ei] s̄m q̄d dixerat angelus zacharie. Multi in natiuitate ei⁹ gaudebunt [et factum est die octauo.] scz a natiuitate precursoris [venerunt circūcidere puerum] sicut precipitur. Gen̄. xvij. ⁊ quia in circūcisione imponebatur tunc nomen sicut modo imponitur in baptismo. ideo subditur [et vocabant eū nomine patris sui zachariam] Ly. quia istud fuit antiquitus satis cōmuniter obseruatum. ⁊ adhuc obseruatur frequenter maxime in magnis personis q̄ filius primogenitus noīatur nomine patris [et respondēs mater e⁹ dixit nequaq̄z] scz vocabitur zacharias [sz vocabitur Johānes] Ly. hoc enī sibi a deo fuit reuelatū. quia a marito non didicit cū factus eēt mutus anteq̄z rediret ad eaz de templo [et dixerunt ad illam. quia nemo ē in cognatiōe tua qui vocetur hoc nomīe] scz Johānes Ly. cognatio hic ꝓpinquitas generis vocat̄. de qua nullus sic fuerat vocatus. s. de cognatione elizabeth vel mariti eius [Innuebant autē patri ei⁹ quē vellet vocari eum] scz per signa visibilia. Ex quo patet q̄ zacharias non tantum fuit mutus sed etiam surdus. Si enim potuisset intelligere verba quesiuissent ab eo per verba ⁊ non per talia signa [et postulans pugillarem] id est tabulam ad scribendum [scripsit dicens Johannes est nomen eius. et mirati sunt vniuersi] Gor. de conuenientia īter patrem et matrem quantum ad pueri nominationem [Apertum est autez ilicoos eius] Gor. nō per morā. quia nescit tarda molimina spūsancti gratia. vnde Amb. Soluit fides linguā quā īcredulitas ligauerat [et factus est timor magn⁹ sup oēs vicinos eorū] Ly. id est admiratō magna vl̄tīor dei q̄ sic mirabilit̄ pūiuerat zachariā et liberauerat [⁊ super oīa montana iudee diuulgabant̄ oīa v̄ba hec] Ly. quia facta insolita et mirabilia libentius narrant̄ [⁊ posuerunt omnes qui audierāt in corde suo] Ly. q̄r talia magis memorie cōmendantur [dicentes quisputas puer iste erit] q. d. valde magn⁹ erit [etenī nan⁹ dn̄i erat cū illo] Ly. i. virtus dei operatiua miraculoꝝ ī e⁹ annūciatione ꝯceptione et natiuitate ostēsoꝝ. ex quib⁹ rationabilit̄ concludebat̄ magnitudo pueri futura corā deo. sicut predictum est ab angelo zacharie patri ei⁹. Erit enim magn⁹ corā dn̄o [et zacharias pater eius īpletus est spūsancto et ꝓphetauit dicens. Benedict⁹ dn̄s de⁹ isrl̄. q̄r visitauit] Gor. dn̄s iesus genus humanum in sua incarnatione visitauit [et fecit redemptionē in sua passione. p̄s. cxxix. Copiosa apud eū redemptio [plebis sue israel]

¶ In festo visitationis beate marie virginis. Euangelium s̄m Lu. i.

Q illo tempore. Exur
gens aūt maria abijt in mōtana cū
festinatiōe in ciuitatē iuda et intra
uit domuz zacharie et salutauit eli
zabeth. Et factū est vt audiuit salu
tationē marie elizabeth. exultauit ī
fans in vtero ei⁹. et repleta est spū
sancto elizabeth et exclamauit vo
ce magna et dixit. Benedicta tu int̄
mulieres. et benedictus fructus vē
tris tui. et vnde mihi hoc vt veīat
mater dñi mei ad me. ecce eniz vt
facta est vox salutationis tue ī au
rib⁹ meis. exultauit in gaudio īfās
in vtero meo. Et beata que credidi
sti. quoniā perficientur in te que di
cta sunt tibi a dño. Et ait maria.
Magnificat aīa mea dñm. Et exul
tauit spūs me⁹ in deo salutari meo

Postilla.

Xurgens maria

e Abijt in mōtana zc. Lu. j. Histo
ria huius euan. facta ē. anno xp̄i
j. vsuali. ij. nonas ap̄lis. feria. ij. luna. j. inditi
one. iij. Et reuersa est in domū suam anno
xp̄i vbi supra. iij. nonas iulij. sabbato. luna.
iiij. inditiōe. iij. Ante initiū illi⁹ euāgel. scri
bit sctūs Lu. q̄ndo angel⁹ in annūciatione
dñi dixit ad mariā mr̄ēz xp̄i. ⁊ ecce elizabeth
cognata tua et ipsa cōcepit filiū in senectu
te sua. et hic est mens̄ sext⁹ illi que vocatur
sterilis. q⁊ nō erit īpossibile ap̄d deuz omne
verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla domi
ni fiat mihi s̄m v̄buz tuū. et discessit ab ea ā
gel⁹. et stati seq̄t. Exurgēs maria scz de lo
co in q̄ erat q̄n angel⁹ ad eā venit. abijt in
mōtana Ly. q̄a loc⁹ vbi habitabat zacha
rias erat altior q̄z galilea a qua recessit ma
ria cū festinatione Ly. vt ostenderet q̄ v̄
go non dz morari in loco publico nec ibi ꝯ
bere colloq̄a in ciuitatez iuda i. bierl̄z et
salutauit elizabeth Ly. quia erat hūilima
et q⁊ ad eius obseq̄uz venerat et factum ē
vt audiuit salutationē marie elizabeth. ex
ultauit infans in vtero eius. Glo. sicut illa
aduentū marie. sic iste aduētum dñi sensit.
Gor. ecce q̄z magne v̄tutis ē beate v̄ginis
salutatio. quia confert gaudiū. ꝯfert et spi
ritū sanctuz. ꝯfert et reuelationē secretoruz
diuinoꝝ. ꝯfert et ꝓphetie actū. Et ideo certe
libent̄ salutanda est ꝓpt̄ reuelationis lucꝝ
Bene ergo maria potuit ore salutare. q̄ sa
lutē habebat in ventre et in corde et reple
ta est spū sancto elizabeth et exclamauit vo
ce magna Ly. ista magnitudo vocis ītelli
genda est tā ratione deuotionis q̄z soni ex
terioris Benedicta tu int̄ mulieres i. su
per oēs mulieres et bn̄dict⁹ fruct⁹ ventris
tui vñ in p̄s. cxvij. Benedict⁹ q̄ venit in no
mine dñi deus dñs et illuxit nob̄ et vñ mi
hi h̄. vt veniat mater dñi mei ad me. Ly.
ista enī nō poterat scire nisi ꝑ reuelationez
spūssancti ecce enī vt facta est vox salutati
onis tue ī aurib⁹ meis. exultauit in gaudio
infans in vtero meo Ly. elizabeth per spi
ritum sanctuz cognouit q̄ illa exultatō fuit
ꝓpter presentiaz dñi in vtero virginali. et
beata que credidisti Ly. quia per assensū
fidei concepit quoniā perficient̄ in te que
dicta sunt tibi a dño Ly. per angelū nūci
antē et ait maria Magnificat aīma mea
Ly. non tantuz labia mea dñm cui debet̄
laus et bonor et exultauit gor. non pigri
tauit. vt patet Abacuc. iij. Exultabo in d̄o
iesu meo in deo non in mūdo. vñ p̄s. lxx
vj. Renuit consolari aīa mea memor fui
dei et delectat⁹ suz salutari meo q̄ est me
us ꝓp̄us fili⁹ per generationez et saluator
omniū ꝑ suā passionē.

In festo sancti petri apostoli. Euā.
s̄m Mat. xvj.

Q illo tempore. uenit
iesus in partes cesarie philippi. et
īterrogabat discipulos suos dicēs
Quē dicūt hoīes esse filiū hoīs. At
illi dixerūt. Alij Johānē baptistaz
alij āt heliā. alij vero hieremiā. aut
vnuz ex ꝓphetis. Dicit illis iesus.
Vos āt quē me esse dicitis Rn̄dens

simon petrus dixit. Tu es xpūs fi
li⁹ dei viui. Rñdens aūt iesus dixit
ei. Beatus es simō bariona. qꝛ ca
ro et sanguis nō reuelauit tibi. sed
pater me⁹ qui est in celis. et ego di
co tibi. qꝛ tu es petr⁹ et super hāc
petrā edificabo ecclesiā meā. ⁊ por
te inferi nō preualebūt aduers⁹ eaꝫ
Et tibi dabo claues regni celoꝝ. et
qđcūqꝫ ligaueris super terrā erit li
gatuꝫ et in celis. et qđcūqꝫ solueris
super terrā erit solutum et in celis

Postilla.

Enit iesus in par

v tes cesarie ꝛc. mat. xvi. Historia h⁹
euāg. facta est Anno xpi. xxxii. iiii.
kl. augusti. feria. iiii. luna. xii. inditione. v. ā
te initiū illi⁹ euāgelij scribit sctūs mat. in e
odem capitl'o. qꝛ xpus dixit discipulis suis.
Cauete a fermento phariseoꝝ et saduceoꝝ
at illi cogitabāt int̄ se dicētes. quia panes
non accepim⁹. Sciens aūt iesus dixit. q̄d
cogitatis inter vos modice fidei. quia pa
nes non habetis. Nondū intelligitis. neqꝫ
recordamini quinqꝫ panū et q̄nqꝫ miliuꝫ
hominū. et q̄t cophinos sūpsistis. neqꝫ sep
tem panum et quattuor milia hoīm. et q̄t
sportas sumpsistis. quare non intelligitis.
quia non de pane dixi vobis. Cauete a fer
mento phariseoꝝ et saduceoꝝ. Tūc intelle
xerūt quia nō dixerat cauendū a fermento
panū. sed a doctrina phariseoꝝ et saduceo
ruꝫ. Tūc statī sequit̄ eua. hodiernuꝫ. Veīt
iesus ī partes cesarie philippi. Ly. Cesaria
philippi est ciuitas in terminis iudee. quaꝫ
philipp⁹ filius herodis innouauit et reedi
ficauit. que antiquitus dicta est lachis. sed
postmodū noīauit eā cesariā in honorem
tiberij cesaris qui dedit ei quartam partem
regni vt dicit Josephus. Dicitur etiaꝫ cesa
ria philippi ad differētiā alterius ciuitatis
que dicitur cesaria palestine. vbi cornelius
centurio māsit vt patet Act. x. Interroga
bat discipulos suos. Ly. non ignorās q̄d
crederent vel q̄d responderent. sed vt eorū
fideli confessione conuenienti⁹ solidarent̄ ī
fide. quem dicunt hoīes eē filium hoīs.
Ly. i. turbe vulgares. q̄a de ipso erāt varie
opiniones in populo. At illi dixerunt. alij
Johannem baptistaꝫ. cui⁹ opinionis fuit
herodes et sui sequaces. vt patet mat. xiiii.
Audiuit herodes famaꝫ iesu. et ait pueris
suis hic est Johannes baptista ipse surrexit
a mortuis. et ideo v̄tutes operantur in eo.
alij autem heliam. propter zelum v̄itatis
alij vero hieremiam. ꝓpter patientiam ī
aduersis. aut vnum ex prophetis. scꝫ heli
seum. ꝓpter excellentiam sapientie. vos āt
quem me eē dicitis. Ly. q. d. Si alij errant
opinione falsa vos tamē nō debetis errare
q̄ tādiu mecum fuistis. et meam doctrinam
frequenter audiuistis. et miracula tāta vi
distis. rñdens pe. di. Ly. petrus tanq̄ꝫ p̄n
cipalis inter alios ꝓ se et ꝓ alijs dedit rñsū
tu es xps. Ly. qui īterp̄tatur vnctus et sic
ꝯfitetur eius humanitatē. filius dei. scꝫ. na
turalis et non adoptiuus sicut alij. Et ꝑ cō
sequēs eiusdē nature cū deo patre. et sic cō
fitetur veritatē diuine nature et humane ī
eodē supposito. viui. hoc addit ad differē
tiam illoꝝ qui colebantur tanq̄ꝫ dij a gen
tilibus. vt hercules et iupit̄. et sic de alijs. re
spondens aūt iesus dixit. Beatus es simō
bariona. i. fili⁹ iohannis. vñ hiero. dicit q̄
deberet dici bariohāna. Bar enīꝫ idem est
q̄đ fili⁹ iohāna q̄si fili⁹ iohānis. s̄m illđ Jo.
xxi. Simō iohā. di. me plus his. sꝫ scriptoꝝ
vicio deprauatum ē. đꝛ aūt h. Beatus es si
mon bariona. quia. s. cōfessio vere fidei du
cit ad beatitudinē. quia caro et sanguis ñ
reuelauit tibi. Ly. i. hō mortalis nō docu
it te istam veritatē. sed pat̄ meus. et ꝑ cōse
quens tota trinitas. qꝛ indiuisa sūt opa tri
nitatis. et ego dico tibi quia tu es petr⁹.
Ly. i. confessor vere petre que est xps. et su
per hanc petrā. quā cōfessus es. i. sup xpꝫ.
edificabo ecclesiam meā. et porte inferi.
id est ꝑsecutiones tyrannoruꝫ ⁊ insult⁹ ⁊ tē
tationes spirituū īmūdoꝝ. non p̄ualebūt
aduersus eā. a v̄a fide subuertendo. ⁊ tibi
dabo claues regni celoꝝ. Ly. iste claues ñ

sūt materiales. sed ptās spūalis que duplex est. Una est ptās spūalis discernēdi peccatum a non peccato sicut in veteri lege sacerdotes iudicabāt int̄ leprā et nō leprā. Alia clauis est ptās admittendi ad regnū vel excludendi ſm verū iudiciū p̄habitū. qz dn̄t indigni excludi. et digni recipi. [et qd̄cūqz ligaueris] Gor. claue nō errāte [sup̄ t̄raz] Ly. s. cū debito vsu clauiū [erit ligatū et i celis. et qd̄cūqz solueris sup̄ terrā erit solutū et in cel'] .i. deus illud approbat in celis.

¶ In festo sancte margarethe.

Q illo tempore. dixit iesus dis. s. parabolā hāc. Simile est regnū celoꝝ thezauro abscondito ꝛc. Hoc euangeliū cū sua postilla quere infra ī cōmuni sctōꝝ de virginibus.

¶ In festo sancte marie magdalene. Euan. ſm Lu. vij.

Q illo tempore. rogabat iesum quidā phariseꝰ. vt manducaret cū illo. Et ingressus domū pharisei discubuit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix vt cognouit ꝙ iesus accubuit in domo pharisei. attulit alabastrū vnguenti et stās retro secꝰ pedes eiꝰ lacrimis cepit rigare pedes eiꝰ. ꝛ capillis capitis sui tergebat et osculabat̄ pedes eiꝰ et vnguēto vngebat. Videns autem phariseꝰ qui vocauerat ip̄z. ait ītra se dicēs hic si eēt ꝓpheta sciret vtiqz que et qual' est mulier que tāgit eū qz peccatrix est. Et rn̄dēs iesus dixit ad illū. Simon habeo tibi aliq̄d dicere. at ille ait. Magister dic. Duo debitores erāt cuidaz feneratori. vnꝰ debebat denarios q̄ngentos. et aliꝰ q̄nquagīta nō hn̄tibꝰ illis vnde redderēt donauit vtrisqz. q̄s ergo euz plꝰ diligit. Rn̄dens simon dixit. estimo qz is cui plꝰ donauit. at ille dixit ei. recte iudicasti. et cōuersus ad mulierē dixit simoni. vides hāc mulierē. intraui in domū tuā aquā pedibꝰ meis nō dedisti. h̄ aūt lacrimis rigauit pedes meos ꝛ capillis suis tersit. osculū mihi nō dedisti hec autē ex quo intraui nō cessauit osculari pedes meos. oleo caput meū nō vnxisti. hec autē vnguento vnxit pedes meos. ꝓpt̄ qd̄ dico tibi. remittūtur ei peccata mlta quoniā dilexit multū. Cui autez minus dimittitur. minꝰ diligit. Dixit autē ad illam. remittuntur tibi peccata tua. et ceperūt qui siml' accūbebāt dicere intra se. quis ē hic qui etiā peccata dimittit. Dixit aūt ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. vade in pace.

Postilla

Rogabat iesuz q̄daz phariseꝰ ꝛc. Lu. vij. mat. xxvj mar. xiiij. Jo. xij. Historia huiꝰ euan. facta est Anno xp̄i. xxxj. ij. idꝰ decēbꝰ feria. vj. luna. xiiij. inditōne. iiij. Ante initiū illius euang̃. scribit san. Lu. in eodē capl'o q̄ xp̄s dixit phariseis et scribis. Venit ei Johānes baptista neqz manducans panē neqz bibēs vinū. ꝛ dicitis demoniū hz. veit filiꝰ hoīs māducās ꝛ bibēs ꝛ dicitis. ecce hō vorator et bibēs vinū. amicꝰ publicanorū et peccatorū. Et tūc seq̄tur euang̃. ho. [Rogabat iesuz q̄dā phariseꝰ vt māducaret cū illo et ingressus domū pharisei discubuit] Ly. legit̄ aūt xp̄m manducasse cū peccatoribus vt eos ad penitētiā induceret. vt habetur mat. ix. Itē cū amicis et familiaribꝰ vt eoꝝ deuotionē augmētaret. vt d̄r Jo. xj. de martha et maria magdalena. Itē cuz cog̃tis pauꝑibꝰ vt eoꝝ inopiā suꝑpleret. vt habetur Jo. ij. de nuptijs vbi deficiente vino xp̄s aquā ꝯuertit in vinū. Itē cū phariseis sup̄bientibꝰ vt eoꝝ sup̄biā ꝯfutarz ꝓut h̄ habetur vt videbit̄ in ꝓsequēdo [ꝛ ecce mulier] gor. s. maria magdalena. sed nō noīat̄ h̄. q̄a adhuc erat in statu culpe ſm opinionē hominuz [que erat in ciuitate] Ly. vbi multi

boiesſūt.exq̄ ꝓuicit q̄ mr̄oſ attraxerat ad
peccatū|peccatrix|Ly.ſz iaz de peccatis ple
ne et pfecte ꝑrita|vt cognouit q̄ieſ9 |id ē
ſaluator|accubuiſſet in domo phariſei.at
tulit|ſcz ſtatī|alabaſtrū vngenti |id ē vas
alabaſtreū vnguēto plenū|et ſtās retro |
Ly.q̄a ꝓe verecūdia ſui peccati nō audēbat
ſe anteponere|lacrimis cepit rigare pedeſ
eius |Ly.ex q̄bus patet magnitudo ꝑritio
nis.exq̄ tantū fleuit q̄ potuit lauare pedes
vnius boīs nudis pedib9 incedentis|7 ca
pillis capitis ſui tergebat |Ly.q̄bus āte ad
cōpoſitiones vult9 ei9 abuſa fuerat|7 oſcu
la.pe.ei9 |vt totū ſuiret in pnīa.q̄cq̄d ex ſe
deū ꝓēpſerat in cl̄pa.ſm qđ dicit greḡ.|et
vnguento vngebat |Ly.ad refrigeriuz calo
ris et mitigatōnē doloꝝ ex labore itineris
Vñ greḡ.vnguentū qđ ſibi turpit exhibu
erat.boc iā deo laudabilit offerebat|vidēſ
autē phariſeus |Gor.ad p̄dictā mulierez
plorantez nec cōpatiens|ait intra ſe.|ſcz oc
culte p̄ hoſpitez ſuū murmurādo|dicens
bic ſi eēt ꝓpheta |verus ſciēs occulta|ſcilz
vtiqz que et qualis eſt mulier |Gor.que ē i
perſona et qualis in vita|q̄a peccatrix ē |
et nō deberet ſe tangi ꝑmittere ab ea|et rn̄
dens ieſus |Gor.ſ.cogitationi eius que ſo
li deo nota eſt.in q̄ oñdit ſe pluſq̄z ꝓpheta
Vñ p̄s.xcuj.B̄ñs ſcit cogitatōes boīm|ſi
mon habeo tibi aliq̄d dicere.at ille ait.ma
giſter dic.Duo debitores erāt cuidaz fene
ratori |Gor.ſenſus litteralis plan9 eſt.mi
ſtice feneratorē iſte deū ſignificat.q̄ p culpa
momētanea penā eternā exigit et p̄ donis
gratiarū exigit meritū bonoꝝ operū|duo
debitores |Gor.duo ſtatus pctoꝝ|erant
cuidā feneratori |.i.deo|vnuſ debebat de
narios q̄ngētos et alius q̄nquaginta.|ſcz q̄
plus peccauerat|nō habēnt illis vñ red
derent |q̄a nullus pctōr a debitis p̄t abſol
ui ꝓpꝛijs viribus abſq̄z ḡtia.vt patz Jo.xv.ſi
ne me nihil potestis facere|donauit vtrq̄z |
id eſt ꝑdonauit|q̄s ergo eū pluſ diligit.rn̄
dēs ſimō dixit.eſtimo q̄a is cui plus dona
uit |.i.ꝑdonauit relaxando|at ille dixit.re
cte iudicaſti |q̄a ſicut dicit greḡ.Cū creſcūt
dona creſcūt et rōnes donoꝝ|et quers9 ad
mulierē |Gor.p miſcōiaz.deus enī a pctō
rib9 auertit faciē ſuā.ſm illō deut .xxxij.ab
ſcōdā faciē meaz ab eis.ſed ad penitētes ſe
quertit.vt patet zach.j.Quertimini ad me 7
ego quertar ad vos|dixit ſimō.videsne hāc
mulierē.intraui in domū tuā.aquā pedibus
meis nō dediſti |Ly.qui tamē erant lutoſi
ſeu pulueriz ati.eo q̄ ſine calciamētis incedē
bat|h̄ autez lacrimis rigauit pedes meos
et capillis ſuis terſit.oſculū mihi non dedi
ſti |Ly.qđ eſt amicicie ſignū|h̄ autē ex q̄ i
trauit nō ceſſauit oſculari pedes meos |.q̄
di.nō ſolū vnū oſculū dedit mihi ſed mul
tiplex|oleo caput meū nō vnxiſti |gor.qđ
ſolet fieri in ſignū letitie et hilaritatis.ſm il
lud p̄s.xliij.vnxit te deus deꝰ tuus oleo ꝛc
|ꝓpter qđ dico tibi.remittunt ei peccata mlta
|ſcz mulieri penitēti|q̄nā dilexit mltū |
j.pe.iij. Caritaſ operit multitudinē pctōr
vt pz|puer.x.vniuerſa delicta opit caritas
|cui aūt minus dimittit minꝰ diligit |Ly.
remiſſio enī culpe aut nulla eſt.aut totalis
ſimł.ſed remiſſio pene fit p ptes 7 non tota
ſimul de cōmuni curſu lz aliq̄n fiat tota ſił
ꝓpter feruorē penitētis et exhibitate dei.7 h̄
in ꝓpoſito in hac muliere.ideo ſeq̄t|remit
tunt tibi pctā tua |Ly.non ſolū q̄ntū ad cul
pam.ſed etiā q̄ntū ad penaz ex vehemēti a
more dei et horrore pctī ꝓteriti.Gor.et po
nitur h̄ p̄ñs p̄ ꝓterito|remittunt |.i.remiſ
ſa ſūt|et ceperūt q̄ ſimul accūbebāt dicere
intra ſe.q̄s eſt h̄ q̄ etiā pctā dimittit |Ly.h̄
dicebāt q̄a videbant tantū hūanitatē exhi
beri apparentē.ſed ignorabāt deitatē intrin
ſecē latentē.que peccata p̄t dimittere|dixit aūt ad
mulierem fides tua |Gor.i.fides tibi a deo
infuſa|ſaluā te fecit |Unde beđ.fides te ſal
uā fecit.q̄a qđ petijt poſſe ſe accipe non du
bitauit|vade in pace |Gor.i.in q̄ete 7 a ceſ
ſatione a vicijs.vt pz Ro.v.iuſtificati ex fi
de pacem habeamus

In feſto ſancti Jacobi apli
Euan.ſm Mat.xx.

Illo tempore.accel

sit ad iesuz mater filioꝝ zebedei cũ filijs suis adorãs et petẽs aliquid ab eo. q̃ dixit ei. q̃d vis. ait illi. Dic vt sedeãt hi duo filij mei. vn⁹ ad dexterã tuã et ali⁹ ad sinistrã tuã in regno tuo. rñdẽs ãt ies⁹ dixit. nescitis quid petatis. potestis bibere calicẽ quẽ ego bibitur⁹ suz. dicũt ei. possum⁹. ait illis calicẽ q̃dẽ meũ bibetis Sedere aũt ad dexterã meã. vel sinistrã nõ est meũ dare vobis. sed q̃bus paratuz est a patre meo.

Postilla.

Ccessit ad iesum

a mater filioꝝ ꝛc. mat. xx. mar. x. Lu. xxij. Historia h⁹ euã. facta est anno xp̃i. xxxiij. xvij. kl̃. ap̃lis. feria. iiij. luna. vi. inditõne. vj. Ante initiũ illi⁹ euang̃. scribit san. mat. in eodẽ cap̃lo. Ascẽdẽs ies⁹ hierosolimã. assũpsit. xij. discipulos suos secreto ⁊ ait illis. ecce ascẽdim⁹ hierosolimã. et fili⁹ hoĩs tradet̃ p̃ncipib⁹ sacerdotũ et scribis. ⁊ cõdẽnabũt euz morte et tradẽt eũ gẽtibus ad illudendũ et flagellandũ et crucifigẽdũ et tertia die resurget. Tũc statĩ seq̃tur euã. hodiernũ accessit ad iesuz Ly. iudei estĩabant xp̃m p ꝓpheas ꝓmissuz regnaturuz tẽporalit̃ in hierl̃m. q̃a scp̃turas de regno xp̃i corpalit̃ intelligebãt. et ideo regnũ ablatuz a iudeis p romanos. credebãt sibi restituẽdũ p xp̃m. ꝓpter q̃d dicebãt xp̃o Act. i. dñe si in tpe h̃ restitues regnuz israel ꝛc. et h̃ Ja. et Jo. filij zebedei et mat̃ eoꝝ audientes xp̃z post mortẽ tertia die resurrecturũ. crediderũt ipsũ ĩmediate p⁹ resurrectionẽ regnaturũ in hirl̃z tẽporalit̃. et ideo cupientes ei eẽ collaterales p̃ ceteris. q̃a erãt ei⁹ cognati ĩformauerũt matrẽ suã de petitõne sequẽti et h̃ est q̃d h̃ d̃r. tũc audita resurrectõne xp̃i futura accessit ad iesuz mat̃ filioꝝ zebedei cũ ꝛc. Ly. nõ enĩ p̃mo petijt in speciali. sed tantũ in generali. vt ꝯcessione facta in generali p̃mo postea non posset sibi denegare ĩ speciali qui dixit ei. q̃d vis. Ly. nõ q̃rit vt inscius. sed vt petitio sua ꝯuenienti⁹ ostendatur irrationabilis ait illi. dic vt sedeant hi duo filij ꝛc. Ly. i. sint tibi collaterales et maiores in regno tuo post te. q̃d q̃dem regnum credebãt tp̃ale vt dictũ est. non ẽ mirũ si talia ap̃li credebãt et appetebãt qui adhuc carnales erãt et nõdũ illuminati perfecte nec confirmati p grãm spũssãcti respõdens autem iesus dixit. nescitis quid petatis Lyra. respondit filijs et non matri. q̃a sciebat eam missam a filijs et informatam de petitione facienda pro eis potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum Ly. id est sustinere mortem ignominiosã ⁊ crudelem. quam ego passurus suz. et per quaz debeo venire ñ ad regnũ temporale vt creditis. sed eternum dicunt ei possum⁹ Lyra. loquũtur sicut ĩexperti proprie fragilitatis quod patuit per effectum quia in passione christi fugerũt pre timore mortis. ait illis. calicem quidem meum bibetis id est passiones pro me sustinebitis. Lyra. q̃z Jacobus propter christum ab herode occis⁹ est. vt habetur Act. xij. Johannes in doliũ feruentis olei ꝓpt̃ xp̃z miss⁹ est. ĩsup fuit etiã miss⁹ in exiliũ ꝓpt̃ xp̃z. ⁊ sic patuit q̃ habuit ꝓptã volũtatẽ moriendi ꝓpter xp̃m. sedere autẽ ad dexterã meã vel sinistrã non est meum dare vobis Ly. in illo statu in quo estis. i. nõdũ hũiliatis et carnalib⁹ sz q̃bus patũ ẽ a patre meo Ly. v̄e hũilib⁹ ⁊ spũalia sapientibus

Vincula petri.

Q illo tempore. uenit

iesus in partes cesarie philippi ꝛc. Hoc euang̃. cũ sua postilla q̃re ante ĩ festo sancti petri et pauli ap̃loꝝ.

In inuentione sancti stephani Euan. s̃m Mat. v.

Q illo tempore. dixit

iesus discipulis suis. Vos estis salterre. Q si sal euanuerit. in quo salietur. ad nihilum valet vltra. nisi vt mittatur foras et conculcetur ab hominib⁹ Vos estis lux mundi

Nō potest cītas abscōdi supra mō
tem posita. neqz accendūt lucernā
et ponunt eam sub modio. sed su
per candelabrū vt luceat oīb⁹ qui ī
domo sūt. Sic luceat lux vestra co
rā hoīb⁹ vt videāt opera vestra bo
na. et glorificent prēz vrūz qui ī ce
lis est. Nolite putare q̄niā veī solue
re legē aut ꝓphetas. nō veni solue
re sz adiplere. Amē quippe dico vo
bis donec trāseat celū ⁊ terra. iota
vnū aut vn⁹ apex non preteribit a
lege donec oīa fiant. qui ergo solue
rit vnū de mādatis istis minimis
et docuerit sic hoīes minim⁹ voca
bitur in regno celoꝝ. qui aūt fecerit
et docuerit hic magn⁹ vocabitur ī
regno celoꝝ.

Postilla

Vos estis sal terre

v Matt. v. mar. ix. lu. xiiij. Historia
b⁹ euangelij facta ē. anno xp̄i. xxxj
ij. idus iulij. feria. v. luna. xvj. inditione. iiij.
Ante initiū illi⁹ euā. scribit san. mat. in eod
caplo. q̄ xp̄s dixit discipul' suis. Beati estis
cum maledixerit vob hoīes. et ꝑsecuti vos
fuerint et dixerint omne malū aduersum
vos mētientes ꝓpter me. gaudete ⁊ exulta
te q̄niā merces vestra copiosa est ī cel'. Tūc
sequit' euāg. hodiernū. Vos estis sal terre
Ly. sicut enī sale cōdiunt' oīa cibaria. ita di
scretione p̄latorū dn̄t dirigi ⁊ ordinari oīa
facta subditoꝝ. qd̄ si sal euanuerit. i. si di
scretio in prelatis defecerit. in q̄ saliet' Ly.
q. d. in nullo opa subditoꝝ ꝯdient' seu diri
gent'. ad nihilū valet vltra nisi vt mittat' fo
ras et ꝯculcet' ab hoībus Ly. q̄a talis debz
repelli a p̄latione ne officiū p̄latoꝝ in ꝯspe
ctu hoīm reddat' vile. vos estis lux mūdi
Ly. sicut enī lux est manifestatiua oīum co
loꝝ. sic prelati ꝑ intelligētiā sacre scripture
dn̄t ex officio notificare oīa opa v̄tutū. nō
potest ciuitas abscōdi supra montē posita
Ly. q̄a bon⁹ p̄lat⁹ in ꝑsecutione nō debz se
abscondere. sed ad defensionē greg' se ma
nifeste ostendere. neqz accendūt. Gor. l u
mine scientie. lucernā. i. p̄latū. vnde p̄s. c.
xxxj. Paraui lucernā xp̄o meo. et ponūt
eā sub modio. Gor. vt celet' lux veritatis ti
more ꝑsecutionis īminētis vl' pusillanimi
tate cordis. sed sup candelabrum vt luceat
omnib⁹ q̄ in domo sūt. i. in mundo sūt ge
neraliter. sic luceat lux vestra corā hoībus
vt videant opa vestra bona. ⁊ glorificēt pa
trē vestrū q̄ in celis est. Ly. q̄a nō debetis
de h̄ ꝓpriaz gl'az q̄rere. sed gloriaz dei et edi
ficatiōz ꝓpl'i. nolite putare q̄niā veni solue
re legē aut ꝓph̄as. non veni soluere. sed ad
implere. Gor. totā ꝯtinentiā veteris testa
menti xp̄s hic cōprehendit in duob⁹. s. in le
ge et ꝓphetia. Lex enī erat in declinādo ma
luz ꝓphetia in faciendo bonuz. Et illa duo
xp̄s plenissime impleuit. Amen q̄ꝓpe dico
vobis donec transeat celū et terra. Gor. id
est mutāt' elemēta ab hac mutabili forma
in īmutabilē. s. āteq̄z finiat' iste mūd⁹. iota
vnū. Iota est minima litt'a int' alias. ⁊ vno
ductu fit. aut vn⁹ apex. Apex ē ꝑticula lit
tere q̄ ponit' in sūmitate litt'e ad distictionē
⁊ s̄m h̄ expōit aug. q̄ nec mīmū p̄ceptū nec
mīmi p̄cepti ꝑticl'a. n̄ p̄teribit a lege donec
oīa fiāt. Gor. i. n̄ remanebit q̄n impleat' suo
tpe. qui ergo soluerit vnum de mandatis
istis minimis. Gor. i. de mandatis decalo
gi. que dicuntur minima. quia ad vitaz in
cipientium pertinentia. et docuerit sic ho
mines. Gor. sic soluere hoīes sicut ipse sol
uit. mīm⁹ vocabit'. Gor. i. vilissim⁹ reputa
bitur ab his q̄ sunt. in regno celoꝝ. q̄ autez
fecerit et docuerit h̄ magn⁹ vocabit' ī regno
celoꝝ. Gor. ꝑ adeptionē aureole.

In festo sancti Laurentij.

Nullo tempore. dixit

iesus discipulis suis Amen amen
dico vobis. Nisi granum frumen
ti cadens in terrā ꝛc. Hoc euangeliuz
cū sua postilla quere infra in cōmuni sctō
rum de vno martire.

In festo assūptōnis marie. Euā
geliū s̄m Lu. x.

Q illo tempore. intra/
uit iesus in qddam castellū. Et mu
lier quedā martha noīe excepit illū
in domū suā. et huic erat soror no
mīe Maria. que etiā sedēs secꝰ pe
des dñi audiebat verbū illiꝰ Mar
tha autem satagebat circa frequēs
ministeriū. que stetit et ait. dñe. nō
ē tibi cure ꝙ soror mea reliquit me
solā ministrare. dic ergo illi vt me
adiuuet. et respōdēs dixit illi domi
nus Martha martha solicita es et
turbaris erga plīma. Porro vnū ē
necessariuz. maria optimā partem
elegit que nō auferetur ab ea.

Postilla.

Qtrauit iesꝰ in quod
dam castellū ꝛc. Lu. x. Historia huiꝰ euāge
lij facta est anno xp̄i. xxxj. iiij. nonas decēbris
feria. iij. luna. ix. inditione. iiij. Ante īitiū illi
us euāg̃. scribit sanctꝰ Lu. in eodē capl'o. ꝙ
septuaginta duo discipuli q̄s xp̄s misit ad
predicandū. reuersi sūt ad xp̄m cū gaudio
dicētes. Dñe etiam demonia subijciuntur
nobis in noīe tuo. Et ait illis. Ecce dedi vo
bis potestatē calcādi sup serpentes et scor
piones et super omnē virtutē inimici. et ni
hil nocebit vob. verūtñ in hoc nolite gaud
re. qꝛ spūs vobis subijciunt. gaudete autez
ꝙ noīa vestra scripta sūt in celis. Tūc post
modū seq̄tur euang̃. hodiernuz Intrauit
iesus in qddam castellū Ly. i. bethaniaz et
mulier q̄dā martha noīe excepit illū in do
mū suā Ly. ad illā domū xp̄s frequēter di
uertebat et secure. tuz ꝓpter deuotionez ibi
habitantiū. tū qꝛ pl'a bñficia ei ꝯtulerat. q̄a
ipsaz marthā a ꝓfluuio sāg̃nis sanauerat
ꝑm amb. et mariā a demonijs liberauerat
ꝛ ei omīa peccata dimiserat ꝛ huic erat so
ror noīe maria. q̄ etiā sedēs secꝰ pedes dñi
audiebat v̄bū illiꝰ Ly. intēta opibꝰ vite cō
tēplatiue martha autē satagebat circa fre
quēs ministeriū scz occupata in opibꝰ vi
te actiue q̄ stetit Ly. quasi fessa labore mi
nisterij discurrendo ꝑ domū vt xp̄s et eius
discipuli eēnt ꝯuenient recepti. et ait. domi
ne nō est tibi cure ꝙ soror mea reliq̄t me so
lā ministrare Ly. ꝯquerēs de ociositate so
roris sue. et de xp̄i negligentia h̄ ꝑmittētis
et rñdens dixit illi dñs excusādo mariā.
Inuenit autē maria accusata ꝑm ly. tripl'r.
Prīo a phariseo de temeritate eo ꝙ xp̄m
tetigit recūbentem. vt pz. Lu. vij. Secūdo
a sorore ꝓociositate. vt habet h̄ Tertio a iu
da de ꝓdigalitate. eo ꝙ p̄ciosuz vnguentuz
effudit. et pedes iesu vnxit. vt habet Jo. xij.
et maria patient tacuit. et semꝑ eā xp̄s excu
sauit. Prīo ostendens phariseo ꝙ factum
marie non erat temeritatis. sed ꝯtritionis
et deuotionis. Secundo ostendit sorori ꝙ
sessio marie non erat ociosa. sed melioribus
actibꝰ aꝑplicata. Tertio ostendens iude et
alijs discipulis ꝙ illa effusio vngenti non
erat ꝓdigalitatis. sed pietatis dicens. Sine
illā. Bonū enī opꝰ opata est ī me martha
martha solicita es Glo. repetitio signum
est dilectionis vel mouēde intētionis. s. vt
audiret attētiꝰ et turbaris erga plurima
Ly. quia opera vite actiue solicitudinez in
gerunt porro vnum est necessarium Ly.
scz ipse deꝰ qui vnꝰ est et pre omnibus q̄rē
dus maria optimā partez elegit Glo. nō
reprehendit pars marthe. et ipsa bona ē. sz
laudat ꝑs marie. qꝛ optima que nō aufe
retur ab ea Gor. vita ꝯtēplatiua incipit h̄
et ī futuro ꝑficietur. qꝛ ignis amoris q̄ h̄ ar
dere incipit. cū ipz quē amat viderit ampli
us ignescit in amore. Actiua vero cū corpe
deficit. qꝛ in celesti patria nemo esuriēti pa
nē porriget. nec cetera opera misericordie
aget. quia ibi nō erunt necessaria. vñ apoc.
xix. Nō esuriēt neqz sitiēt ampliꝰ ꝛc. hic que
ritur quare h̄ euang̃. legit in festo beate vir
ginis cū in nullo spectare videat ad ipsam
